d) de: referre de: 1, 6, 4 *u.* C. d) β).

Pluralis reges *pertinet ad Ptolomaeum regem eiusque sororem Cleopatram* 3, 107, 2 *et* 109, 1.

Reges et dynastae et tetrarchae: 3, 3, 2; — **rex atque amicus:** I 35, 2; (43, 4; *cf.* 1, 6, 4 socius atque amicus).

Reges commemorantur hi: (Ambiorix, r. Eburonum: VI 31, 5;) Ariouistus, r. Germanorum: I 31, 10; (35, 2; 43, 4;) Caruilius (r. Cantii): V 22, 1; Catuuolcus, r. Eburonum: VI 31, 5; Cauarinus, r. Senonum: V 54, 2; Cingetorix (r. Cantii): V 22, 1; Commius, r. Atrebatum: IV 21, 7; Cotys: 3, 36, 4; Diuiciacus, r. Suessionum: II 4, 7; Galba, r. Suessionum: II 4, 7; 13, 1; Iuba: 1, 6, 4; 2, 25, 3; 36, 3; (2, 26, 2. 4; 37, 2; 38, 3; 39, 3; 41, 7;) Nicomedes: *ap. Gell.* V 13, 6; (rex Noricus: 1, 18, 5;) Ptolomaeus (pater): 3, 4, 4; 112, 9; (puer): 3, 103, 2; 107, 2; (103, 4; 104, 1. 3; 106, 4; 108, 1. 2; 109, (1.) 3. 6;) Segouax, Taximagulus (reges Cantii): V 22, 1; Teutomatus, r. Nitiobrogum: VII 31, 5; 46, 5; Ver-

Digitized by Google

cingetorix: VII 4, 5; Voccio: I 53, 4; (1, 18, 5?)

Adiect.: (alii: 3, 110, 5; ipse: II 13, 1;) omnes: 3, 3, 2; quattuor: V 22, 1; *superiores: 3, 112, 2.

Rex: ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: *ap. Suet. uit. Caes.* I 6.

Rhascypolis: ex Macedonia CC erant (equites), quibus Rhascypolis ⟨*Oud.*; rascipolis *z*⟩ praeerat: 3, 4, 4.

(rheda *u.* **raeda.)**

(Rhedones *u.* **Redones.)**

(**rheno** *u.* **reno.**)

Rhenus. *Cf. A. Dederich, Julius Caesar am Rhein. Paderborn 1870 p. 1—11 et 32 sqq.; C. Mehlis, Der Rhein ... in Kelten- und Römerzeit (Samml. gemeinverständlicher wissensch. Vortr. Heft 259.) — Mahn, Etymolog. Untersuchungen über geograph. Namen. Berlin 1859 p. 27—32; W. Glück, Die Erklärung des Rênos, Moinos u. Mogontiâcon. (Sitzungsberichte der k. bayerischen Akad. d. W. Jahrgang 1865. I. p. 1—27). De Rheno p. 1—10.*

Forma. *In cod. M duodecies, in B septies se uidisse scriptum* renus (*omissa littera* h) *dicit Frig. III p. 22; idem in a* renum *exstare commemorat* VII 65, 4; *Holder in B his locis testatur inueniri* renum (-i, -o): I 1, 4. 5; IV 10, 2; V 55, 1. 2; VI 9, 1; — I 1, 6; — I 2, 3; *in Bpr.* I 28, 4; IV 19, 4; *in M uno loco:* I 1, 4; *in AQ* Renus IV 10, 3, renum VII 65, 4; *in A* renum IV 16, 1; *in Qpr.* renum IV 16, 2; *Dübner* V 27, 8 renum *inueniri dicit in M; Schneid. in f* renum *esse scriptum testatur* I 1, 4. 5; 5, 4; 54, 1 *bis;* II 4, 1; reni I 1, 6; 54, 1; II 3, 4; reno I 2, 3; *Ramorino in l exstare* renum *tradit* I 1, 4. 5; 5, 4; 54, 1; IV 10, 2; reno III 11, 1. (*In B esse* rhoenum I 5, 4 *unus dicit Nipperd.; in A pr. m.* I 43, 9 rhemim, III 11, 1 rhono *scriptum esse commemorat Hold.*)

proximique (Belgae) sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt: I 1, 4; una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano ⟨*e*⟩, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Heluetiis flumen Rhenum: I 1, 5; Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: I 1, 6; undique loci natura Heluetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Heluetium a Germanis diuidit: I 2, 3; Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant . . ., socios sibi adsciscunt: I 5, 4; circiter hominum milia sex ... e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt: I 27, 4; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, *ex suis finibus in Heluetiorum fines transirent: I 28, 4; horum (Germanorum) primo circiter milia XV Rhenum transisse: I 31, 5; *cf. qu. sqq.*; futurum esse paucis annis, uti ... omnes Germani Rhenum transirent: I 31, 11; Caesarem . . . deterrere posse, ne maior multitudo Germanorum Rhenum traducatur ⟨*e*⟩: I 31, 16; paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire . . . populo R. periculosum uidebat: I 33, 3; ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret: I 35, 3; Treueri autem (ueniebant questum) pagos centum Sueborum ad ripas Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur: I 37, 3; si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur: I 43, 9; transisse Rhenum ⟨*om.* β⟩ sese ⟨*se h; om.* a^1f⟩ non sua sponte, sed rogatum et arcessitum ⟨*e*⟩ a Gallis: I 44, 2; neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque ⟨*CC*⟩ peruenerunt ⟨*e*⟩. ibi perpauci aut uiribus confisi tranare ⟨*e*⟩ contenderunt aut lintribus inuentis sibi salutem reppererunt: I 53, 1. 2; hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti coeperunt. quos ubi ⟨Vbii *Rhenanus*⟩ qui proximi Rhenum incolunt perterritos senserunt ⟨*del. Rhenanus*⟩, insecuti magnum ex iis ⟨*e*⟩ numerum occiderunt: I 54, 1; reliquos omnes Belgas in armis esse Germanosque, qui cis Rhenum ⟨qui ripas rheni β⟩ incolant ⟨incolunt B^2β⟩, sese cum his coniunxisse: II 3, 4; plerosque Belgas esse ortos a ⟨*e*⟩ Germanis Rhenumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse: II 4, 1; qui (Cimbri Teutonique), cum iter in ⟨*e*⟩ . . . Italiam facerent, iis impedimentis, quae secum . . . portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis custodiam ⟨custodiae B^2β⟩ ... sex milia hominum una reliquerunt: II 29, 4; uti ab iis ⟨*e*⟩ nationibus, quae trans Rhenum incolerent, mitterentur ⟨*o*⟩ legati ad Caesarem: II 35, 1; Labienum legatum in Treueros, qui proximi flumini ⟨*om.* β⟩ Rheno sunt, cum equitatu mittit: III 11, 1; Vsipetes Germani et ⟨*e*⟩ item Tencteri magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt non longe a mari, quo ⟨*e*⟩ Rhenus influit: IV 1, 1; (Vbii) paulo [quam] sunt ciusdem generis [et] ceteris ⟨*e*⟩ humaniores, propterea quod Rhenum attingunt: IV 3, 3; ad extremum tamen agris expulsi et multis locis Germaniae trien-

Digitized by Google

nium uagati ad Rhenum peruenerunt (Vsipetes et Tencteri). quas regiones Menapii incolebant et ⟨*e*⟩ ad utramque ripam fluminis agros, aedificia uicosque habebant; sed tantae multitudinis aditu ⟨*e*⟩ perterriti ex iis ⟨*e*⟩ aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigrauerunt et cis Rhenum dispositis praesidiis Germanos transire prohibebant: IV 4, 2. 3; (*cf.* § 4;) qui (Menapii) de Germanorum discessu per exploratores certiores facti sine metu trans Rhenum in suos uicos remigrauerant ⟨*e*⟩: IV 4, 6; prius quam ea pars Menapiorum, quae citra Rhenum erat ⟨*e*⟩, certior fieret: IV 4, 7; inuitatosque eos (Vsipetes et Tencteros), uti ab Rheno discederent: IV 6, 3; Mosa . . . parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam[que] efficit Batauorum [in Oceanum influit] neque longius ab *eo ⟨oceano *X*⟩ milibus passuum LXXX in Oceanum ⟨*Aldus*; rhenum *X*; *edd.*⟩ influit: IV 10, 2; Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum ⟨*e*⟩, Tribocorum ⟨*e*⟩, Treuerorum citatus fertur, et ubi Oceano adpropinquat ⟨*e*⟩, in plures diffluit ⟨*e*⟩ partes multis ingentibusque insulis effectis . . . multisque capitibus in Oceanum influit: IV 10, 3—5; cum omnibus suis domo excesserant Rhenumque transierant (Vsipetes et Tencteri): IV 14, 5; (Germani . . . cum ad confluentem Mosae ⟨et Rheni *add. X; edd.; del. Bergk*⟩ peruenissent, reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitauerunt atque ibi timore, lassitudine, ui fluminis oppressi perierunt: IV 15, 2;) Germanico bello confecto multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum: IV 16, 1; cum intellegerent et posse et audere populi Romani exercitum Rhenum transire: IV 16, 1; illa pars equitatus Vsipetum et Tencterorum . . . post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat: IV 16, 2; populi Romani imperium Rhenum finire; si se inuito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quicquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum postularet? IV 16, 4; si id facere occupationibus rei publicae ⟨*e*⟩ prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: IV 16, 6; Caesar his de causis, quas commemoraui, Rhenum transire decreuerat; sed nauibus transire ⟨*e*⟩ neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat: IV 17, 1; *cf. qu. sqq.*; diebus omnino XVIII ⟨*e*⟩ trans Rhenum consumptis . . . se in Galliam recepit: IV 19, 4; haec (Treuerorum) ciuitas longe plurimum totius Galliae equitatu ualet . . . Rhenumque, ut supra demonstrauimus, tangit: V 3, 1; quae (silua Arduenna) ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet: V 3, 4; in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam ac ⟨*e*⟩ Rhenum: V 24, 4; magnam manum Germanorum conductam Rhenum transisse: V 27, 8; non hostem auctorem (se), sed rem spectare ⟨*e*⟩: subesse Rhenum . . .: V 29, 3; omnem esse in armis Galliam ⟨*o*⟩; Germanos Rhenum transisse: V 41, 3; Treueri uero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent: V 55, 1; neque tamen ulli ciuitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret: V 55, 2; Caesar postquam ex Menapiis in Treueros uenit, duabus de causis Rhenum transire constituit: VI 9, 1; *cf. qu. sqq.*; fuit antea tempus, cum . . Galli . . . propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent: VI 24, 1; per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨*e*⟩ ripis Rheni finibusque Treuerorum ad Neruios pertinet: VI 29, 4; neue omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam iudicaret: VI 32, 1; trans Rhenum ad Germanos peruenit fama diripi Eburones atque ultro omnes ad praedam euocari: VI 35, 4; cogunt equitum duo milia Sugambri, qui sunt proximi Rheno. . . . transeunt ⟨*e*⟩ Rhenum nauibus ratibusque triginta milibus passuum infra eum locum, ubi: VI 35, 5. 6; Germani . . . cum ea praeda, quam in siluis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt: VI 41, 1; qui (Germani) eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur: VI 42, 3; Caesar . . . trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates, quas superioribus annis pacauerat, equitesque ab his arcessit: VII 65, 4.

Rhodanus. (*Cf. Glück p. 148*) *Tribus locis Frigellius (III p. 22) dicit in M esse* rodanus, *in B propter lacunas uno tantum; a et h semper habere* rhodanus. *Dübner (ad p. 2 uers. 4 et 3, 3 et 6, 2 et 261, 4) adfirmat tribus fere locis in B esse* rodanus (*ut* I 2, 3), *item in a* I 10, 5, *item in Q* VII 65, 3; *Schneid.* rodanus *inueniri in f* I 1, 5; 2, 3; 6, 1. 2. 4; 8, 1. 4; 10, 5; 11, 5; 12, 1 *commemorat in libello 1839 edito; Holder testatur* I 2, 3 *in BM esse* rodano, I 33, 4 *in Bpr.*, III 1, 1 *in Apr. et Q* rodanus; *Ramorino teste in l* rodano *scriptum est* I 1, 5 *et* 2, 3; *Nipperd. deni-*

Digitized by Google

que I 10,5 *et* 12,5 *in a exstare* rodanum *dicit.*

una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna ⟨*e*⟩ flumine, Oceano, finibus Belgarum: I 1,5; (Heluetii continentur ex parte) tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui prouinciam nostram ab Heluetiis diuidit: I 2, 3; erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, uix qua singuli carri ducerentur . . .; alterum per prouinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Heluetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati ⟨*e*⟩ erant, Rhodanus fluit isque non nullis locis uado transitur: I 6, 1. 2; diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6,4; a lacu Lemanno, qui ⟨qua *Hotom.*⟩ in flumen Rhodanum ⟨rhodano *ah*⟩ influit ⟨qui in fl. Rh. infl. *del. Gitlbauer*⟩, ad montem Iuram . . . murum . . . perducit: I 8, 1; *cf.* § 2; Heluetii . . . nauibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii uadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, . . . si perrumpere possent conati . . . telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8,4; ab Allobrogibus in Segusiauos ⟨*e*⟩ exercitum ducit. hi sunt extra prouinciam trans Rhodanum primi: I 10,5; Allobroges, qui trans Rhodanum uicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt: I 11,5; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate: I 12,1; praesertim cum Sequanos a prouincia nostra Rhodanus diuideret: I 33,4; Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuates ⟨*e*⟩, Veragros Sedunosque misit, qui a ⟨*e*⟩ finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1,1; *cf.* § 6; Allobroges crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis magna cum ⟨*e*⟩ cura et diligentia suos fines tuentur: VII 65,3; C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat, duabus ex partibus aggerem . . . ad oppidum agere instituit. una erat proxima portui ⟨*e*⟩ . . ., altera ad portam ⟨*e*⟩, qua ⟨*e*⟩ est aditus ex Gallia atque Hispania, ad id mare, quod adigitur ⟨*Madu.*; adigit *z*; adiacet *Np.*; *edd.*⟩ ad ostium Rhodani ⟨ad id mare . . . Rhod. *del. Paul*⟩: 2, 1, (1.) 2.

Rhodius: Coponius, qui Dyrrachii classi Rhodiae praecerat, naues ex portu educit: 3,26, 2; ¶ praecerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, . . . Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio ⟨*Vrsin.*; pomponio *z*⟩: 3,5,3; tempore commutato tempestas et nostros texit et naues Rhodias adflixit, ita ut ad unam omnes constratae numero XVI eliderentur et naufragio interirent: 3, 27, 2; Caesar . . . cum legione . . . equitibusque DCCC et nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3, 106, 1.

Rhodus: idem hoc L. Lentulo . . . et P. Lentulo consulari ac non nullis aliis acciderat Rhodi; qui cum ⟨rhodi quicumque *z*⟩ ex fuga Pompeium sequerentur atque in insulam uenissent, oppido ac portu recepti non erant: 3, 102, 7.

ripa. *De singulari* ripa *et plur.* ripae *cf. Kran.-Dittenb. ad* I 37,3 *et Dinter, Quaest. Caesarian. (Pr. Grimma 1876) p. 21.*

A. subl.: ita ut radices montis ⟨*e*⟩ ex utraque parte ripae fluminis contingant: I 38,5.

B. obl.: ut non nequiquam tantae uirtutis homines iudicari deberet ⟨*e*⟩ ausos esse transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: II 27, 5; ¶ partem ultimam pontis, quae ripas Vbiorum contingebat, . . . rescindit: VI 29, 2; ¶ ut hostes impetum legionum . . . sustinere non possent ripasque dimitterent ac se fugae mandarent: V 18, 5; ¶ impedire *u.* **D. b)**; ¶ reliquos omnes Belgas in armis esse Germanosque, qui cis Rhenum ⟨qui ripas rheni β⟩ incolant ⟨incolunt B^2β⟩, sese cum his coniunxisse: II 3,4; ¶ ripa autem erat acutis sudibus praefixisque ⟨*e*⟩ munita: V 18, 3; ¶ tempestas . . . ex omnibus montibus niues proluit ac summas ripas fluminis superauit: 1, 48, 2.

C. dat.: militesque his ⟨*e*⟩ nauibus flumen transportat continentemque ripae collem improuiso occupat: 1, 54, 3.

D. abl.; a) instr.: quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et: II 5,5.

b) qual.: quod riuus difficilibus ripis subiectus castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3, 37, 3; ¶ cum uentum esset ad flumen Genusum, quod ripis erat impeditis, consecutus equitatus nouissimos proelio detinebat: 3, 75, 4; dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: 3, 88, 5; ¶ erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis: VI 7, 5.

E. c. praep.; a) ab: per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨a *hl*; *Aim.*; *om. af*⟩ ripis Rheni finibusque

Digitized by Google

Treuerorum ad Neruios ⟨*CC*⟩ pertinet: VI 29, 4.

b) ad; α): diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6, 4; ¶ qui (Ariouistus) nauiculam deligatam ad ripam nactus ea profugit: I 53, 3; ¶ mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis: 3, 19, 2; ¶ hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti coeperunt: I 54, 1.

β): *u.* **ad** *p. 118* ad ripam (*7 loc.*).

c) ex: quod ex totis ripis in unum atque angustum locum tela iaciebantur: 1, 50, 2.

d) in ripis: Caesar Germanos . . . flumen traicit crebrasque in ripis custodias disponit: 1, 83, 5; — horum omnium pars magna in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa suorum in terrore ac fuga sine ullo uulnere interiit ⟨*e*⟩: 3, 71, 2; — (duae legiones) profligatis Veromanduis ⟨*e*⟩ . . . ex loco superiore in ipsis fluminis ripis proeliabantur: II 23, 3.

riuus. A. subl.: quod riuus difficilibus ripis subiectus ⟨obiectus *Paul*⟩ castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3, 37, 3; ¶ dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: 3, 88, 5; ¶ pertinere: 3, 49, 4 *u.* **B.** auertere.

B. obl.: omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant ⟨perfluebant *Hell.*⟩, Caesar aut auerterat aut magnis operibus obstruxerat: 3, 49, 4; ¶ (obicere: 3, 37, 3 *u.* **A.** impedire;) ¶ obstruere: 3, 49, 4 *u.* auertere; ¶ subicere: 3, 37, 3 *u.* **A.** impedire; ¶ ut exploratis itineribus minore cum ⟨*e*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3.

C. c. praep.: circiter milia passuum quattuor progressus **trans** uallem ⟨magnam *add.* β⟩ et riuum ⟨rium B^1; *Hold.*⟩ multitudinem hostium conspicatur: V 49, 5.

robur. A. propr.: naues totae (erant) factae ex robore ad quamuis uim et contumeliam perferendam: III 13, 3.

B. tusl.: quod fuit roboris duobus proeliis Dyrrachinis interiit: 3, 87, 5.

Rodanus *u.* **Rhodanus.**

rogatio: itemque praetoribus tribunisque ⟨*e*⟩ plebis rogationes ad populum ferentibus non nullos ambitus . . . damnatos . . . in integrum restituit: 3, 1, 4.

rogo. A. = **interrogare**: ab Cn. Pompeio proconsule petit . . ., quos ex Cisalpina Gallia consul ⟨*Ciacc.*; consulis *X*; *edd.*⟩ sacramento rogauisset, ad signa conuenire . . . iuberet: VI 1, 2; (ne . . . quis inuitus sacramentum ⟨-to *hl*⟩ dicere cogatur ⟨sacramento rogetur *Ciacc.*⟩ a Caesare cauetur: 1, 86, 4.)

B. = **orare; a) rogare alqm**: Ariouistus . . . respondit . . .: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum ⟨*e*⟩ a Gallis: I 44, 2; eius rei testimonium ⟨*e*⟩ esse, quod nisi rogatus non uenerit: I 44, 6; ¶ Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*e*⟩, . . . rogati tamen a ⟨*e*⟩ Commio pro eius hospitio duo milia miserunt ⟨*e*⟩: VII 75, 5.

b) rogare alqd: Haedui . . . legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: I 11, 2; ¶ Bituriges ad Haeduos . . . legatos mittunt subsidium rogatum: VII 5, 2.

c) rogare, ut; α) additur obiect.: de his rebus rogo uos ut cogitationem suscipiatis: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

β) non additur obl.: legatos . . . mittunt . . ., qui dicerent . . .; rogare ⟨rogaret A^1⟩, ut eius uoluntate id sibi facere liceat: I 7, 3; Q. Titurius . . . interpretem suum Cn. Pompeium ad eum mittit rogatum, ut sibi militibusque parcat: V 36, 1.

d) sequ. coniunctiuus: consolatus (Diuiciacum Caesar) rogat, finem ⟨*o*⟩ orandi faciat: I 20, 5.

Roma: ob eam rem se ex ciuitate profugisse et Romam ad senatum uenisse auxilium postulatum: I 31, 9; qua necessitate adductus Diuiciacus auxilii petendi causa Romam ad senatum profectus infecta ⟨β; *Np.*; inperfecta α; *plur. edd.*⟩ re redierat: VI 12, 5; his ⟨*e*⟩ rebus ⟨*e*⟩ *ex* litteris ⟨*e*⟩ *Caesaris* cognitis Romae dierum uiginti supplicatio redditur: VII 90, 8; quibus rebus Romam ⟨romae *f*⟩ nuntiatis tantus repente terror inuasit, ut: 1, 14, 1; Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat eodem se habiturum loco qui Romae remansissent et qui in castris Caesaris fuissent: 1, 33, 2; haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; quibus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium magnaeque gratulationes fiebant: 1, 53, 3; condiciones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romae ab senatu et a populo peti debere: 3, 10, 8; sententiasque de singulis ferrent, qui Romae remansissent quique intra praesidia Pompei fuissent neque operam in re militari praestitissent: 3, 83, 3; haec uti fierent per omnes deos perque foedera, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur: 3, 108, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius

Digitized by Google

Romam ⟨romae *z*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur: 3, 108, 4; a quo missi Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romae fuerant . . ., ad Achillam peruenerunt: 3, 109, 4. *Cf* **urbs.**

Romanus. *Qua ratione scripta sint uerba* populus Romanus *expositum est p. 1112 uolum. II.; uerba* ciues Romanos 2, 18, 4 *scripta esse* ciui(s) rom̃. *dicit Db.: idem* 3, 40, 6 *in h inueniri* ciu. R. *commemorat; idem* eq. R. (= equites Romanos) 1, 77, 2 *exstare in ahl aperte dicit; atque etiam* 3, 71, 1 *in z uidetur inueniri* equites R. *Sed saepius adiectiuum* Romanus *nota* R. *uel simili indicatum esse inde licet colligere, quod ex imaginibus codicum accuratissime expressis, quas edidit Aemilius Chatelain, tab. XLVIII apparet* 3, 4, 1 *in a esse* ciuium .R., *quo loco nemo editorum huius notae mentionem facit.*

1. **adiect.:** Carnutes . . . Cenabum concurrunt ciuesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, . . . interficiunt bonaque eorum diripiunt: VII 3, 1; praestare ⟨*c*⟩ omnes perferre acerbitates quam non ciuibus Romanis, qui Cenabi perfidia Gallorum interissent, parentarent: VII 17, 7; ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia una erant; magnum ⟨*c*⟩ numerum frumenti commeatusque diripit, ipsos crudeliter excruciatos interficit ⟨intercipit β⟩: VII 38, 9; bona ciuium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in seruitutem abstrahunt: VII 42, 3; (Cato) in Lucanis Bruttiisque per legatos suos ciuium Romanorum dilectus habebat: 1, 30, 4; quibus rebus perterritos ⟨*c*⟩ ciues Romanos eius prouinciae sibi ad rem publicam administrandam HS ⟨*c*⟩ CLXXX et argenti pondo ⟨*c*⟩ XX milia, tritici modium ⟨*c*⟩ CXX milia polliceri coegit: 2, 18, 4; quo edicto . . . peruulgato nulla fuit ciuitas, quin . . . mitteret, non ciuis Romanus paulo notior, quin ad diem conueniret: 2, 19, 2; quod factum adeo eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet: 2, 20, 5; omnibus generatim gratias agit: ciuibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere: 2, 21, 1; pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Romani polliciti, remittit ⟨*c*⟩: 2, 21, 2; legiones effecerat ciuium Romanorum VIIII: 3, 4, 1; celeriter ciues Romani ligneis effectis turribus his sese munierunt et . . .: 3, 9, 3; *cf.* § 3–8; satis esse magna utrimque incommoda accepta . . .: illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia . . . et cohortibus . . . ciuium Romanorum centum atque XXX: 3, 10, 5; quo facto conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis ⟨is *ah*; his *fl*⟩ antea Caesar attribuerat muniendumque curauerat, Antonium recepit ⟨*c*⟩ omnibusque rebus iuuit: 3, 29, 1; neque minus ob eam causam ciuibus Romanis eius prouinciae, sed in singulos conuentus singulasque ciuitates certae pecuniae imperabantur: 3, 32, 6; Lissum expugnare conatus defendentibus ciuibus ⟨eum *a*⟩ Romanis, qui eius conuentus erant, militibusque . . . re infecta inde discessit: 3, 40, 6; erat edictum Pompei nomine Amphipoli propositum, uti omnes eius prouinciae iuniores, Graeci ciuesque Romani, iurandi causa conuenirent: 3, 102, 2; cognoscit consensu omnium Antiochensium ciuiumque Romanorum, qui illic negotiarentur, arcem ⟨*c*⟩ captam esse excludendi sui causa: 3, 102, 6; ¶ eques Romanus, equites Romani *u.* **eques 2. A.** *p. 1037 sq. (13 loc.);* ¶ tantum esse nomen ⟨apud eos *add.* β⟩ atque opinionem eius exercitus ⟨exercitus Romani β⟩ Ariouisto pulso, . . . uti: IV 16, 7; si continere ⟨*c*⟩ ad signa manipulos uellet ⟨*c*⟩, ut instituta ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat: VI 34, 6; ¶ haec ut intellegatis, inquit, a me sincere pronuntiari, audite Romanos milites: VII 20, 8; ¶ populus Romanus *u.* **populus A. a)** *p. 1112—1117 (90 (92) loc.);* ¶ (Gallis autem prouinciarum ⟨prouinciae rom. *Elberl.; om. Ald.*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus ⟨*c*⟩ largitur: VI 24, 5.)

2. **substant.; A. singulari numero:** praeconibusque circummissis pronuntiari iubent, seu quis Gallus seu ⟨quis *add.* β⟩ Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus non fore potestatem: V 51, 3.

B. plurali numero; a) = nomen Romanum, populus Romanus: (praestare,) si iam principatum Galliae (Haedui) obtinere non possint ⟨*c*⟩, Gallorum quam Romanorum imperia perferre ⟨*c*⟩, neque dubitare [debeant], quin, si Heluetios superauerint Romani, una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi: I 17, 3. 4; (Dumnorigem) fauere et cupere Heluetiis propter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum aduentu potentia eius deminuta et Diuiciacus frater in antiquum locum gratiae . . . sit restitutus: I 18, 8; *cf.* **b)** I 18, 9; (quam rem et paucis contigisse et ⟨a Romanis *add.* (B^3)β⟩ pro magnis ⟨*c*⟩ hominum officiis consuesse tribui docebat: I 43, 4;) non se . . . tam imperi-

Digitized by Google

tum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos . . . auxilio populi Romani usos esse: I 44, 9; elatum est, qua adrogantia . . . Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset: I 46, 4; II 10, 4 *et* III 2, 5 *u.* b); reliquasque ciuitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨*c*⟩: III 8, 4; si suam gratiam Romani uelint, posse iis utiles esse amicos; uel sibi agros attribuant uel patiantur eos tenere, quos armis possederint: IV 7, 4; V 38, 2; 56, 1; VI 10, 4 *u.* b); huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit: VI 35, 8; cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5; ab hoc concilio Remi, Lingones, Treueri afuerunt ⟨*c*⟩: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur; Treueri, quod . . .: VII 63, 7; 66, 4 *u.* b); ex his Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*c*⟩, quod se suo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos ⟨*c*⟩ dicerent ⟨*c*⟩: VII 75, 5; Cimbri . . . agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uero quid petunt ⟨adpetunt *Paul*⟩ aliud aut quid uolunt nisi inuidia adducti quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt horum in agris ciuitatibusque considere atque his aeternam iniungere seruitutem? neque enim umquam ⟨*c*⟩ alia condicione bella gesserunt: VII 77, 15; (duae sunt Albae, alia ista quam nouimus in † Aricia, et alia hic in † Italia. uolentes Romani discretionem facere istos Albanos dixerunt, illos Albenses: *ap. Pomp. comm. art. Don.* (*Keil V p. 144*); *cf. Np. p. 753. sq. adnot.*)

b) = exercitus Romanus: si quid accidat Romanis, summam in spem per Heluetios regni obtinendi uenire (Dumnorigem): I 18, 9; Heluetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, siue eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent, . . . nostros . . . lacessere coeperunt: I 23, 3; Romani conuersa signa bipertito intulerunt: I 25, 7; 44, 9 *et* 46, 4 *u.* a); mulieres . . . implorabant, ne se in seruitutem Romanis traderent: I 51, 3; quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique conuenirent: II 10, 4; magnitudine operum . . . et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditione mittunt: II 12, 5; pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt: II 13, 3; trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum ⟨romanorum ibi *a*⟩ exspectare: II 16, 2; Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos ciuitati renuntiauerunt: II 24, 5; non (se) existimare Romanos siue ope diuina ⟨deorum β⟩ bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promouere ⟨et ex propinquitate pugnare *add. B*[a]β⟩ possent: II 31, 2; accedebat quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant et Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari et ea loca finitimae ⟨finitima *Vossius*⟩ prouinciae adiungere sibi persuasum habebant: III 2, 5; se plurimum nauibus posse, [quam] Romanos neque ullam facultatem habere nauium neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, uada, portus, insulas nouisse ⟨*c*⟩: III 9, 6; qui ubi pro perfuga ad eos uenit, timorem Romanorum proponit: III 18, 3; sarmentis uirgultisque collectis, quibus fossas Romanorum ⟨*del. Nitsche*⟩ compleant, ad castra pergunt: III 18, 8; huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque ⟨armandosque *om.* β⟩ Romanis daretur: III 19, 1; si propter inopiam rei frumentariae Romani sese ⟨*c*⟩ recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis [infirmiore ⟨*c*⟩ animo] adoriri cogitabant: III 24, 3; hoc consilio probato ab ⟨*c*⟩ ducibus productis Romanorum copiis sese castris tenebant: III 24, 4; IV 7, 4 *u.* a); hic Romanorum aduentum exspectare . . . constituisse (Sueboe): IV 19, 3; at barbari consilio Romanorum cognito praemisso equitatu et essedariis . . . nostros nauibus egredi prohibebant: IV 24, 1; cum (principes Britanniae) equites ⟨*c*⟩ et naues et frumentum Romanis deesse intellegerent: IV 30, 1; quanta praedae faciendae atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstrauerunt: IV 34, 5; hostes . . . conlocatis insidiis bipertito in siluis oportuno atque occulto loco a milibus passuum circiter duobus ⟨*c*⟩ Romanorum aduentum exspectabant: V 32, 1; illorum esse praedam atque illis reseruari ⟨*c*⟩ quaecumque Romani reliquissent: V 34, 1; Ambiorix pronuntiari iubet, ut . . . quam ⟨*c*⟩ in partem Romani impetum fecerint cedant: V 34, 3; hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi Romanos pro iis ⟨*c*⟩ quas acceperint ⟨*c*⟩ iniuriis occasionem dimittant: V 38, 2; intellexit . . . Neruios Aduatucosque bellum Romanis parare: V 56, 1; prius quam id effici posset, adesse Romanos nuntiatur: VI 4, 1; lon-

Digitized by Google

gum esse perterritis Romanis Germanorum auxilium exspectare: VI 8, 1; Suebos omnes, postea quam certiores nuntii de exercitu Romanorum uenerint, . . . se recepisse: VI 10, 4; ad eius initium ⟨*o*⟩ siluae Suebos aduentum Romanorum exspectare constituisse: VI 10, 5; Germani . . . ad castra Romanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium ⟨*o*⟩ obtulerant ⟨*e*⟩: VI 42, 3; omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et ⟨*e*⟩ commeatu Romani prohibeantur ⟨*e*⟩: VII 14, 2; Romanos aut inopiam non laturos aut magno cum ⟨*o*⟩ periculo longius a ⟨*e*⟩ castris processuros; neque interesse ipsosne interficiant impedimentisne exuant: VII 14, 7. 8; oppida incendi oportere, . . . ne ⟨*e*⟩ suis sint . . . receptacula neu Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam ⟨*CC*⟩: VII 14, 9; ut, si eam paludem Romani perrumpere conarentur, haesitantes premerent ex loco superiore: VII 19, 2; Vercingetorix, . . . proditionis insimulatus, quod castra propius Romanos mouisset, quod . . . eius discessu Romani tanta oportunitate et celeritate uenissent, . . . respondit: VII 20, 1; quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate: VII 20, 3; Romani si casu interuenerint ⟨*e*⟩, fortunae, si alicuius indicio uocati, huic habendam gratiam, quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere et uirtutem despicere potuerint, qui dimicare non ausi turpiter se in castra receperint: VII 20, 6; quod . . . palus, quae perpetua ⟨*o*⟩ intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat: VII 26, 2; matres familiae . . . conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt: VII 26, 4; quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum uiae praeoccuparentur, consilio destiterunt: VII 26, 5; non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis: VII 29, 2; dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias traducerent: VII 35, 1; qua (Haeduorum ciuitate) traducta locum consistendi Romanis in Gallia non fore: VII 37, 3; principes ciuitatis, Eporedorix et Viridomarus, insimulati proditionis ab Romanis indicta causa interfecti sunt: VII 38, 2; an dubitamus, quin nefario facinore admisso Romani iam ad nos interficiendos concurrant? VII 38, 8; uehementer ⟨*o*⟩ huic illos ⟨*e*⟩ loco timere nec iam aliter sentire, uno colle ab ⟨*e*⟩ Romanis occupato si alterum amisissent, quin ⟨*e*⟩ paene circumuallati . . . uiderentur: VII 44, 4; matres familiae . . . passis manibus obtestabantur Romanos ⟨rom. obt. β⟩, ut sibi parcerent, neu, sicut Auarici fecissent, ne a ⟨*e*⟩ mulieribus quidem atque infantibus abstinerent: VII 47, 5; nuntiis incitati oppidum a Romanis teneri ⟨oppid. . . . teneri *del. Pluyg.*⟩ praemissis equitibus . . . eo contenderunt: VII 48, 1; quae (matres familiae) paulo ante Romanis de ⟨*e*⟩ muro ⟨*e*⟩ manus tendebant: VII 48, 3; erat Romanis nec loco nec numero aequa contentio; simul et cursu et spatio pugnae defatigati ⟨*e*⟩ non facile recentes atque integros sustinebant: VII 48, 4; oppidum, quod a ⟨*e*⟩ se teneri non posse iudicabant, ne cui ⟨*e*⟩ esset usui Romanis, incenderunt: VII 55, 7; equitatum omnibus locis . . . ostentare coeperunt, si ab ⟨*e*⟩ re frumentaria Romanos excludere aut adductos inopia in ⟨*e*⟩ prouinciam ⟨*e*⟩ expellere ⟨*e*⟩ possent ⟨*CC*⟩: VII 55, 9; uno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari et: VII 61, 3; (*cf.* § 4;) quoniam abundet equitatu, perfacile esse factu frumentationibus pabulationibusque Romanos prohibere: VII 64, 2; circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; (demonstrat) fugere in prouinciam Romanos Galliaque excedere. id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: maioribus enim coactis copiis reuersuros neque finem bellandi facturos. proinde **in* agmine impeditos adoriantur ⟨*e*⟩. si † pedites suis auxilium ferant atque in eo morentur, iter facere ⟨*e*⟩ non posse; si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariarum et dignitate spoliatum iri: VII 66, 3—5; eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI ⟨*e*⟩ milia ⟨*e*⟩ passuum tenebat: VII 69, 6; Vercingetorix, prius quam munitiones ab ⟨*e*⟩ Romanis perficiantur, consilium capit omnem . . . equitatum noctu dimittere ⟨*e*⟩: VII 71, 1; quid ergo? Romanos ⟨β; romanorum animos α⟩ in illis ulterioribus munitionibus animine ⟨β; sine α⟩ causa cotidie exerceri putatis? si ⟨*e*⟩ illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesaepto, his utimini testibus adpropinquare eorum aduentum; cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere uersantur: VII-77, 10. 11; (Mandubii) cum ad munitiones Romanorum ⟨*om.* β⟩ accessissent, . . . orabant ⟨*e*⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; Romanorum manus tantis munitionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit: VII 84, 3; Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85, 3; agger ab uniuersis in munitionem ⟨*e*⟩ coniectus et ascensum dat Gallis et ea,

Digitized by Google

quae in terra occultauerant Romani, contegit: VII 85, 6; ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satis facere seu uiuum tradere uelint: VII 89, 2.

ros: accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus ex pellibus, quibus erant tectae naues, nocturnum excipere rorem cogerentur: 3, 15, 4.

L. Roscius: ex quibus (legionibus) unam . . . ducendam C. Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Esuuios L. Roscio: V 24, 2; harum . . omnium legionum hiberna praeter eam, quam L. Roscio ⟨ruscio *ABMh*⟩ in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat, milibus passuum centum continebantur: V 24, 7; ab L. Roscio ⟨legato *add.* β; quaestore *add.* α; *Schn.; del. Oud.*⟩, quem legioni tertiae decimae praefecerat, certior factus est magnas Gallorum copias . . . oppugnandi sui causa conuenisse: V 53, 6; pollicetur L. Piso censor sese iturum ad Caesarem, item L. Roscius praetor, qui de his rebus eum doceant; sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant: 1, 3, 6; eadem fere atque isdem uerbis ⟨*Clark.;* rebus *codd.;* de rebus *Ald.*⟩ praetor Roscius agit cum Caesare sibique Pompeium commemorasse demonstrat: 1, 8, 4; *cf.* 9, 1; acceptis mandatis Roscius cum ⟨*fhl;* a *a; edd.*⟩ Caesare Capuam peruenit ibique consules Pompeiumque inuenit; postulata Caesaris renuntiat. illi deliberata *re* respondent scriptaque ad eum mandata per eos*dem* remittunt ⟨*e*⟩: 1, 10, 1. 2.

(**rostratus**: Cassius . . . omnes naues incendit XXXV, e quibus erant XX constratae ⟨rost constratae *ah;* rostratae *NOl*⟩: 3, 101, 2.)

rostrum. A. sing. = ὁ (νεὼς) ἔμβολος: illae (triremes) adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, ut uehementissime utraque ex concursu laborarent, altera uero praefracto ⟨*Nhl;* praefecto *a;* praesecto *f;* praerupto O^1⟩ rostro tota conlabefieret: 2, 6, 5; ¶ neque enim iis ⟨*e*⟩ nostrae (naues) rostro nocere poterant — tanta in iis ⟨*e*⟩ erat firmitudo — neque: III 13, 8; rostro enim noceri non posse cognouerant: III 14, 4.

B. plur. = τὸ βῆμα: hoc decreto eum (Caelium) consul senatu prohibuit et contionari conantem de rostris deduxit: 3, 21, 3.

rota: ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant: IV 33, 1; ¶ (pro uallo carros obiecerant . . . et non nulli inter carros raedasque ⟨*Meiser;* rotasque *X; edd.*⟩ mataras ac tragulas subiciebant nostrosque uulnerabant: I 26, 3.)

Roucillus. 3, 59, 1 *scriptum est* roucillus *in Nhl,* raucillus *in af;* 3, 79, 6 roucilli *est in N,* rogilli *in f,* rouici *in Oahl. Editores recc. receperunt* Raucillus, *sed Guil. Paul* Roucillus. *Cf. Schn. ad* I 19, 3.

erant apud Caesarem ⟨in *add. f; Dt.;* ex *hl; om. a*⟩ equitum numero Allobroges II fratres, Roucillus et Egus, Adbucilli filii, qui principatum in ciuitate ⟨*e*⟩ multis annis obtinuerat, singulari uirtute homines, quorum opera Caesar omnibus Gallicis ⟨*e*⟩ bellis optima fortissimaque erat usus. his . . .: 3, 59, 1(—61, 3 *et* 63, 5;) sed Allobroges, Roucilli atque Egi ⟨*e*⟩ familiares, quos perfugisse ad Pompeium demonstrauimus, . . . cuncta . . . exposuerunt: 3, 79, 6; *cf.* 84, 5.

L. Rubrius: Caesar . . . omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet. erant quinque ordinis senatorii, ⟨*Dauis.;* quinquaginta (*uel* L) ordines *z;* quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius: 1, 23, (1.) 2.

rubus: quod Neruii antiquitus . . . teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*e*⟩ crebrisque ⟨*e*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*e*⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut instar muri hae saepes munimentum ⟨*e*⟩ praeberent: II 17, 4.

Rufus *u.* **Acutius, Caecilius, Coelius** (*rectius* Caelius), **(Itfiuius,) Marcius, Minucius, Sulpicius, Vibullius.**

ruina: compluribus ⟨*e*⟩ iam lapidibus ex illa quae suberat turri subductis repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4.

rumor. A. subl.: haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. multa rumor adfingebat ⟨*Steph.; Db., Dt.;* multarum rumore orat fingebant *a;* multa rumore fingebant *f;* multa rumor fingebat *Ohl;* multa rumore adfingebantur *Np.*⟩, ut paene bellum confectum uideretur. quibus litteris nuntiisque . . .: 1, 53, 2.

B. obl.: crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas . . . contra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare: II 1, 1; iam Caesar a ⟨*e*⟩ Gergouia discessisse audiebatur, iam de Haeduorum defectione et ⟨*e*⟩ secundo Galliae motu rumores adferebantur Gallique . . . confirmabant: VII 59, 1; ¶ expedita re frumentaria, exstinctis rumoribus de auxi-

Digitized by Google

lis legionum, quae cum Pompeio per Mauretaniam uenire dicebantur, multae longinquiores ciuitates . . . Caesaris amicitiam sequuntur: 1, 60, 5.

C. dat.: cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5, 3.

D. abl.: si quis ⟨*om.* β⟩ quid de re publica a finitimis rumore ac ⟨β; *Fr.;* aut α; *rell. edd.*⟩ fama acceperit ⟨acceperint β⟩: VI 20, 1; ¶ addunt ipsi et adfingunt rumoribus ⟨rumores *Ciacc.*⟩ Galli quod res poscere uidebatur: retineri urbano motu Caesarem neque in tantis dissensionibus ad exercitum uenire posse: VII 1, 2; (1, 53, 2 *u.* **A.**;) ¶ impelli: VI 20, 2 *u.* terreri; ¶ est enim hoc Gallicae consuetudinis, uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant et quid ⟨*c*⟩ quisque . . . audierit . . . quaerant et mercatores . . . uulgus circumsistat quibusque ex regionibus ueniant quasque ibi res cognouerint pronuntiare cogat ⟨*c*⟩. his rumoribus ⟨β; rebus α; *edd.*⟩ atque auditionibus permoti de summis saepe ⟨*o*⟩ rebus consilia ineunt: IV 5, 3; Metropolitae . . . isdem permoti rumoribus portas clauserunt: 3, 81, 1; ¶ quod saepe homines temerarios atque imperitos ⟨*c*⟩ falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est: VI 20, 2.

(rumpo: subito meridiano tempore . . . portis se foras † rumpunt ⟨erumpunt *recc.; Np., Db.;* [se] foras erumpunt *Apitz; Dt.;* se proripiunt *coniec. Dt.*⟩: 2, 14, 1.**)**

(ruo: omniaque erant tumultus, timoris, fugae plena ⟨*c*⟩, adeo ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, alii † dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic codd.;* signa uisi sequi eodem rursum conferti ruerent *Paul; u. CC*⟩, alii [ex] metu etiam signa dimitterent: 3, 69, 4.**)**

rupes: quod (oppidum) cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes deiectusque ⟨*Jurin.;* despectusque *X; plur. edd.*⟩ haberet: II 29, 3; ¶ (Caesar) ex magnis rupibus nactus planitiem in hac ⟨*c*⟩ contra hostem aciem instruit: 1, 70, 3.

(ruptim: his de causis aguntur omnia raptim ⟨*Ald.;* ruptim *z*⟩ atque turbate: 1, 5, 1.**)**

rursus. I. Forma: *Vno loco* (3, 58, 2) *in z inuenitur* rursum, *reliquis omnibus in X uel z scriptum est* rursus (*sed* russus VI 33, 5 *exstat in A*, VI 3, 3 *in A*¹; VII 43, 5 rursum *est in bf*). *Itaque et archetypi librarium* 3, 58, 2 *insequentis uocis* (eum) *terminatione in errorem esse inductum et quod G. Paul* 3, 69, 4 *coniecit* rursum *improbandum esse ueri simile est.*

II. Signif.; A. = denuo: Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨*c*⟩ diem reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium ⟨*o*⟩ belli capere possint ⟨*c*⟩: VI 33, 5; ¶ persequendum sibi Pompeium existimauit, . . . ne rursus copias comparare ⟨-araret *a*⟩ alias et bellum renouare posset: 3, 102, 1; ¶ Caesar . . . exercitum reficit ⟨*c*⟩, ne defessum proelio obiciat; rursus conantes progredi insequitur: 1, 65, 2; ¶ ad Nasidium perueniunt ibique naues expediunt rursusque se ad confligendum animo confirmant et consilia communicant: 2, 4, 5; ¶ eosque magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant: 2, 3, 3; ¶ relinquebatur, ut . . . eo (equitatu) submoto repente . . . sese in ualles uniuersi demitterent ⟨*c*⟩ atque ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent: 1, 79, 4; ¶ consilia inibat, quem ad modum a ⟨*c*⟩ Gergouia discederet ac rursus omnem exercitum contraheret ⟨-here *AQB*⟩: VII 43, 5; ¶ cernebatur . . . uniuersarum cohortium impetu ⟨*c*⟩ nostros propelli, dein rursus conuersos ⟨*b;* conuerso *z*⟩ insequi: 1, 64, 2; ¶ ibi se rursus isdem oportunitatibus ⟨*o*⟩ loci defendebant: III 12, 4; ¶ ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo tecta extremis lateribus instruebant exque ea contignatione rursus summam ⟨*c*⟩ contabulationem storiasque eleuabant: 2, 9, 7; ¶ ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum eleuarant ⟨*c*⟩, . . . parietes lateribus exstruebant rursusque alia pressione ⟨*c*⟩ ad aedificandum sibi locum expediebant: 2, 9, 6; ¶ cum se illi identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua ⟨*c*⟩ in nostros impetum facerent: II 19, 5; itaque rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere et ⟨*c*⟩ suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30, 2; ¶ ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2; ¶ insequi: 1, 64, 2 *u.* conuertere; ¶ id conspicati Heluetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coeperunt: I 25, 6; ¶ quod rursus minuente aestu naues in uadis adflictarentur: III 12, 1; ¶ quibus profligatis rursus oppidani perterriti comprehensos eos . . . ad Caesarem perduxerunt ⟨*c*⟩ seseque ei dediderunt: VII 13, 2; ¶ aduersis hostibus occurrebant ac rursus aliam

Digitized by Google

in partem fugam petebant: II 24, 1; ¶ premere: 1, 45, 3 *u.* B.; ¶ Caesar rursus ad uexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis ciuitatibus in omnes partes dimittit: VI 43, 1; ¶ progredi: 1, 65, 2 *u.* conari; ¶ Ambiorix pronuntiari iubet, ut ... quam in partem Romani impetum fecerint cedant, ... rursus se ad signa recipientes insequantur: V 34, 4; 1, 45, 1 *u.* uertere; Numidae ... impetum nostrorum effugiebant rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant: 2, 41, 6; Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus rursus ⟨-sum *z*⟩ eum nauibus ad se intra munitiones recipit ⟨recepit *h*⟩: 3, 58, 2; ¶ eo celeriter confecto negotio rursus in hiberna legiones reduxit: VI 3, 3; hac re cognita Vercingetorix rursus in Biturigas exercitum reducit ⟨reduxit β⟩: VII 9, 6; ¶ paruoque intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu pila miserunt: 3, 93, 1; ¶ milites ... Atrebates ... in flumen compulerunt. ... ipsi ... in locum iniquum progressi rursus ⟨regressos ac *add. B²*β⟩ resistentes hostes redintegrato proelio in fugam coniecerunt ⟨*c*⟩: II 23, 2; hostes ... nostros perturbauerunt, rursus iis ⟨*c*⟩ resistentibus consuetudine ⟨*o*⟩ sua ad pedes desiluerunt: IV 12, 2; ¶ tridui uiam progressi rursus reuerterunt: IV 4, 4; ¶ (ruere: 3, 69, 4 *u.* **ruo**;) ¶ tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut: V 8, 3; ¶ hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit rursusque terga uertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit: 1, 45, 1. B. = **contra, uicissim**: centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ... educunt. reliqui, qui domi manserunt ⟨*c*⟩, se atque illos alunt; hi rursus in uicem anno post in armis sunt, illi domi remanent: IV 1, 5; cum quaepiam ⟨*c*⟩ cohors ... impetum fecerat, hostes uelocissime refugiebant. ... rursus, ⟨et *add.* β⟩ cum in eum locum, unde erant egressi ⟨*c*⟩, reuerti coeperant, ... circumueniebantur: V 35, 3; impeditumque ⟨*c*⟩ (Pulionem) hostes circumsistunt. succurrit inimicus illi Vorenus ...; dum cupidius instat, ... concidit. huic rursus circumuento fert ⟨*o*⟩ subsidium Pulio: V 44, (8—)13; tres suos nactus manipulares atque ab iis subleuatus murum ascendit, hos ⟨*c*⟩ ipse rursus singulos exceptans in murum extulit: VII 47, 7; intolerantius Gallos insequentes legio decima tardauit, quae pro subsidio paulo aequiore loco constiterat. hanc rursus XIII. legionis cohortes exceperunt: VII 51, 2; non numquam opera nostra Galli temptare atque eruptionem ... summa ui facere conabantur. qua re ad haec rursus opera addendum Caesar putauit, quo minore numero militum munitiones defendi ⟨*o*⟩ possent: VII 73, 2; utrimque clamore sublato excipit rursus ex uallo ⟨*c*⟩ atque omnibus munitionibus clamor: VII 88, 2; hinc se recipere cum uellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant: 1, 45, 3; primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae ⟨et r. a. *om. af*⟩ totidem suae cuiusque legionis subsequebantur: 1, 83, 2; super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere *possit. coria autem, ne rursus ⟨coria rursus, ne?⟩ igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur: 2, 10, 6.

[**Falso**: Vibullius sedato tumultu ..., ubi primum e re uisum est ⟨e re uisumst *Elberl.*; rursus *z*⟩, adhibito ⟨que *add. af*⟩ Libone ⟨*c*⟩ ... agere instituit: 3, 18, 3.]

Ruteni: bello superatos esse Aruernos et Rutenos ⟨rutones *A*⟩ ab Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignouisset neque in prouinciam redegisset neque stipendium imposuisset: I 45, 2; Lucterium Cadurcum, summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit (Vercingetorix): VII 5, 1; interim Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem Aruernis conciliat: VII 7, 1; item ⟨in *add.* β⟩ Rutenos ⟨rotenos *a*; rotanos *AQ*⟩ Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit (Vercingetorix): VII 64, 6; imperant ... Sequanis, Senonibus, Biturigibus, Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia ⟨XII β⟩: VII 75, 3; T. Sextium in Biturigas, C. Caninium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit: VII 90, 6; uenerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis: 1, 51, 1; — praesidia in Rutenis prouincialibus, Volcis Arecomicis, Tolosatibus circumque Narbonem, quae loca hostibus erant finitima, constituit (Caesar): VII 7, 4.

Rutilius Lupus *u.* **Lupus.**

(Rutilius) Rutilus *u.* **Sempronius.**

Digitized by Google

S

(S. *u.* Sex.)
s. = salutem.

Sabinus *u.* **Caluisius, (Fabius 2.,) Titurius.**

Sabis: cum per eorum (Neruiorum) fines triduum ⟨*c*⟩ iter fecisset, inueniebat ex captiuis ⟨*c*⟩ Sabim ⟨sabin *h;* sabini *af*⟩ flumen a ⟨*c*⟩ castris suis non amplius milia passuum X abesse; trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum exspectare una cum Atrebatibus ⟨*c*⟩ et Veromanduis, finitimis suis: II 16, 1. 2; collis ab summo aequaliter decliuis ad flumen Sabim, quod supra nominauimus, uergebat. ab eo flumine pari adcliuitate ⟨*c*⟩ collis nascebatur aduersus huic et contrarius. . . . in aperto loco secundum flumen paucae stationes equitum uidebantur. fluminis erat altitudo ⟨latitudo *Ciacc.*⟩ pedum circiter ⟨*o*⟩ trium ⟨CCC *Ciacc.*⟩: II 18, 1—3; *cf.* 19, 4. 7; 23, 1. 2. 3; 24, 2; 27, 5; ipse cum reliquis tribus ⟨*c*⟩ (legionibus) ad flumen Scaldem ⟨Sabim *Steph., v. Göl., Thomann*⟩, quod influit in Mosam ⟨Calbem, quod influit in Mosellam *Bergk*⟩, extremasque Arduennae partes ire constituit: VI 33, 3.

Saburra: audit Iubam . . . restitisse in regno, Saburram, eius praefectum, cum mediocribus copiis missum Vticae adpropinquare: 2, 38, 1; (Curio) equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit ad flumen Bagradam; quibus praecerat Saburra, de quo ante erat auditum; sed rex omnibus ⟨*c*⟩ copiis insequebatur et sex milium passuum ⟨*c*⟩ interuallo a Saburra consederat: 2, 38, 3; e captiuis quaerit, quis castris ad Bagradam praesit: respondent Saburram: 2, 39, 2; Iuba certior factus a Saburra de nocturno proelio II milia Hispanorum et Gallorum equitum . . . et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae submittit ⟨*c*⟩: 2, 40, 1; suspicatus praemissis equitibus ipsum adfore ⟨*c*⟩ Curionem Saburra copias equitum peditumque instruit atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant; sese, cum opus esset, signum proelii daturum et quod rem postulare cognouisset imperaturum: 2, 40, 3; dat suis signum ⟨dat. s. s. *del. Paul*⟩ Saburra, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit; sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit ⟨*c*⟩: 2, 41, 2; hos quoque (colles) praeoccupat missus a Saburra equitatus: 2, 42, 1.

sacer: siremps lex esto quasi sacram uiolauerit: *ap. Charis. art. gramm. I p. 143 sq. Keil.*

sacerdos: Conuictolitauem, qui per sacerdotes more ciuitatis intermissis magistratibus esset creatus, potestatem obtinere iussit: VII 33, 4; — Pergamique in occultis ac reconditis templi ⟨*c*⟩, quo praeter sacerdotes adire fas non ⟨nulli *Paul*⟩ est, quae Graeci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt: 3, 105, 4.

sacerdotium: iamque inter se palam de praemiis ⟨*CC*⟩ ac de ⟨*om. b et hpr; Np., Dt.*⟩ sacerdotiis contendebant: 3, 82, 4; — iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque ⟨*c*⟩ Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt: 3, 83, 1.

sacramentum. A. obl.: sacramentum dicere *u.* **dico** *p. 883* B. *(3 loc.);* ¶ relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis et capitis deminutione sublatum est: 2, 32, 9.

B. gen.: obsecrare milites coepit, ne primam ⟨O^1f; prima O^2ahl; primi *b; Scal.*⟩ sacramenti, quod apud Domitium atque apud se quaestorem dixissent, memoriam deponerent: 2, 28, 2; ¶ proditos (se) a uobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt: 2, 32, 7.

C. abl.: neu quis inuitus sacramentum ⟨-to *hl*⟩ dicere cogatur ⟨sacramento rogetur *Ciacc.*⟩ a Caesare cauetur: 1, 86, 4; ¶ ab Cn. Pompeio proconsule petit . . ., quos ex Cisalpina Gallia *consul sacramento rogauisset, ad signa conuenire . . . iuberet: VI 1, 2; ¶ sacramento quidem uos tenere qui potuit, cum . . . deposito imperio . . . ipse in alienam uenisset potestatem? 2, 32, 9; *ibid. u.* **A.**

Sacratiuir: desiderauit . . . notos equites Romanos C. Fleginatem Placentia, A. Granium ⟨*c*⟩ Puteolis, M. Sacratiuirum Capua: 3, 71, 1.

sacrificium: publiceque eiusdem ⟨eius β⟩ generis habent instituta sacrificia: VI 16, 3; — illi (druides) rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: VI 13, 4; ¶ neque druides habent (Germani), qui rebus diuinis praesint, neque sacrificiis student: VI 21, 1; ¶ si qui aut priuatus ⟨*c*⟩ aut populus eorum (druidum) decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. haec poena apud eos est grauissima. quibus ita est interdictum, . . . his

Digitized by Google

omnes decedunt, aditum eorum ⟨*e*⟩ sermonemque defugiunt: VI 13, 6 (7); ¶ pro uictimis homines immolant aut se immolaturos uouent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur: VI 16, 2.

Sadala: (D equites) Cotys ⟨*e*⟩ ex Thracia dederat et Sadalam ⟨*Oud.*; sadalum *f*; sasalam *ahl*⟩ filium miserat: 3, 4, 3.

saepe. A. pos.: neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione . . . posita tollere auderet: VI 17, 5; ¶ quod saepe homines temerarios atque imperitos ⟨*e*⟩ falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est: VI 20, 2; ¶ ille . . . se manu defendere suorumque fidem implorare coepit saepe clamitans liberum se liberaeque esse ciuitatis ⟨*o*⟩: V 7, 8; ¶ quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe ⟨sepe *af*⟩ cogitauissent ⟨optauissent *Dauis.*; agitauissent *Grut.*; flagitauissent *Markland*; expetiuiss. *Pluyg.*⟩: 3, 86, 5; ¶ (cognoscere: VI 20, 2 *u.* capere;) ¶ fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate prouinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant ⟨mercatores commetant *Bergk*⟩ atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important: I 1, 3; ¶ (at hi miserrimo ac patientissimo ⟨*e*⟩ exercitui ⟨*e*⟩ Caesaris luxuriem obiciebant, cui semper ⟨*aut delend. aut* saepe *scribend. cens. Vielh.*⟩ omnia ad necessarium usum defuissent: 3, 96, 2;) ¶ equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur: IV 2, 3; ¶ hos cum Suebi multis saepe bellis experti propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis finibus expellere non potuissent: IV 3, 4; ¶ etsi hoc et feci ⟨effecit *Med.*[1]; officium *Med.*[2]; et feci *mg. Med.*; effeci *mg. Crat.*⟩ saepe et saepius mihi facturus uideor: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*; ¶ non nullae eius rei praetermissae occasiones Caesari uidebantur, quod certe ⟨*CC*⟩ saepe flauerant uenti: 3, 25, 1; ¶ impelli: VI 20, 2 *u.* capere; ¶ his rumoribus ⟨*e*⟩ atque auditionibus permoti de summis saepe rebus ⟨rebus saepe β⟩ consilia ineunt: IV 5, 3; ¶ non . . . recordabantur ⟨*e*⟩, quam paruulae saepe causae . . . magna detrimenta intulissent: 3, 72, 4; ¶ quod saepe in bello paruis momentis magni casus intercederent: 1, 21, 1; ¶ interim saepe ultro citroque cum legati ⟨saepe cum leg. ultro citr. β⟩ inter eos mitterentur, Arioui-stus postulauit: I 42, 4; ¶ saepe ex tribunali praedicauit aduersa Caesarem proelia fecisse: 2, 18, 3; ¶ proeliari: IV 2, 3 *u.* desilire; ¶ nauem . . . conscendit saepe, ut dicebatur, querens tantum se opinionem fefellisse, ut: 3, 96, 4; ¶ ea res saepe temptata etsi impetus eius consiliaque tardabat: 1, 26, 2; ¶ terreri: VI 20, 2 *u.* capere; ¶ ac saepe in eum locum uentum est . . ., ut: VI 43, 4.

B. comp.: ubi ille saepius appellatus *respexit ac restitit: 2, 35, 2; ¶ non numquam interdiu, saepius noctu si perrumpere possent conati . . . telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8, 4; ¶ facere: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A u.* A. facere; ¶ cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino uocem exprimere posset: I 32, 3; ¶ quod saepius fortunam temptare Galba nolebat: III 6, 4; ita saepius rem ⟨rem saepius?⟩ frustra temptatam Caesar aliquando dimittendam sibi iudicat: 1, 26, 6.

saepenumero: quod Haeduos fratres consanguineosque saepe numero a senatu appellatos in seruitute atque in dicione uidebat Germanorum teneri: I 33, 2; ¶ saepe numero sese cum his congressos ne uultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuisse: I 39, 1; denique hos esse eosdem ⟨*e*⟩, quibuscum ⟨*e*⟩ saepe numero Heluetii congressi non solum in suis ⟨*e*⟩, sed etiam in illorum ⟨*e*⟩ finibus plerumque superarint ⟨*e*⟩: I 40, 7; ¶ praestate eandem nobis ducibus uirtutem, quam saepe numero imperatori praestitistis: VI 8, 4; ¶ ipsum Caesarem, cuius ductu saepe numero hostes superassent ⟨cuius d. saepen. h. sup. *del. Paul*⟩, praesentem ⟨*e*⟩ adesse existimarent: VII 62, 2.

saepes: Neruii . . . teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*e*⟩ crebrisque ⟨*e*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*e*⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut instar muri hae saepes ⟨sep. *AQB(X?)*⟩ munimentum ⟨β; -tis α; -ta iis *Rösch*; *del. Madu.*⟩ praeberent: II 17, 4; ¶ cum *diuersae *legiones . . . hostibus resisterent saepibusque ⟨sepibusq. *AQ*⟩ densissimis, ut ante demonstrauimus, interiectis prospectus impediretur ⟨sepibusque . . . impedir. *del. Eberz*⟩: II 22, 1.

saenio: accedebat, ut, cum saeuire ⟨seuire *AQ*; se saeuire *BM*⟩ uentus coepisset et se ⟨saeuire uentus coepisset et *om.* β; et se *om.* α⟩ uento dedissent, et ⟨*e*⟩ tempestatem ferrent facilius et in uadis consisterent tutius: III 13, 9.

(saeuus: duriusque cotidie tempus ad transportandum lenioribus ⟨saeuioribus *Wölff.*; *Dt.*⟩ uentis exspectabant ⟨-bat *Wölff.*; *Dt.*⟩: 3, 25, 3.**)**

sagitta. A. obl.: illi . . . uniuersi ⟨*Np.*;

Digitized by Google

uniuersas *z*⟩ intra ⟨*Oh*; inter *Nafl*⟩ multitudinem ⟨munitionem *Paul*⟩ sagittas coiciebant: 3,50,1; (3,53,4 *u.* B. milia;) ¶ (numerare *ibid.*;) ¶ (sustinere: VII 41,3 *u.* B. multitudo.)

B. gen.: milia sagittarum circiter XXX in castellum coniecta ⟨contexta *a*⟩ Caesari numerauerunt ⟨*Ciacc.*; renumerauerunt *NO¹bfhl*; renuntiau. *Db.*, *Dt.*⟩: 3,53,4; ¶ multitudine sagittarum atque omnis generis ⟨omni genere β⟩ telorum multos uulneratos; ad haec sustinenda magno usui fuisse tormenta: VII 41,3; ¶ magnusque incesserat timor sagittarum, atque omnes fere milites . . . tunicas aut tegimenta fecerant, quibus tela uitarent: 3,44,7.

C. abl.: fit in hostes impetus [eorum], sed *de* muro sagittis tormentisque fugientes persequi prohibentur: 2,14,3; ¶ naues longas . . . constitui atque inde fundis, sagittis, tormentis hostes propelli ac submoueri iussit: IV 25,1; ¶ subito clamore sublato . . . crates proicere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de uallo proturbare ⟨pert. *Ma*⟩ reliquaque, quae ⟨*e*⟩ ad oppugnationem pertinent, parant ⟨*e*⟩ administrare: VII 81,2; ¶ sic cotidie utrimque eminus fundis, sagittis reliquisque telis pugnabatur: 1,26,1; ¶ submouere: IV 25,1 *u.* propellere.

sagittarius *(semper plural).* **A. subl.; a):** (circumfundi: 3,63,6 *u.* D. multitudo;) ¶ (proelium committere: II 19,4 *u.* F. a);) ¶ (se profundere: 3,93,3 *u.* D. multitudo;) ¶ succurrere, sustinere: VII 80,3 *u.* B. intericere; ¶ transgredi: II 19,4 *u.* F. a); ¶ uenerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia: 1,51,1.

b): ab his (sagittariis) uulnerati: VII 80, 3 *u.* B. intericere.

B. obl.: adicere: 3,88,5 *u.* obicere; ¶ (circumfundere: 3,63,6 *u.* D. multitudo;) ¶ primum sagittariis funditoribusque circumiectis, postea leuis armaturae magna multitudine missa tormentisque prolatis munitiones impediebat: 3,45,3; ¶ quibus in fugam coniectis sagittarii circumuenti interfectique sunt: VII 80,7; ¶ imperat certum numerum militum ciuitatibus . . . sagittariosque omnes, quorum erat permagnus ⟨magnus *AQ*⟩ numerus in Gallia ⟨in gallia numerus β⟩, conquiri et ad se mitti iubet: VII 31,4; ¶ sagittarii funditoresque media continebantur acie, equitatus latera cingebat: 1,83,2; ¶ desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites pauci: 1,51,6; ¶ quibus (equitibus) submotis omnes sagittarii funditoresque destituti inermes sine praesidio ⟨destituti, inermes, sine praes. *Db.*: destituti [inermes] suo praes. *Paul*⟩ interfecti sunt: 3,93,5; ¶ disponere: 1,27,5 *u.* F. a); ¶ noctu militibus ac sagittariis in terra ⟨*e*⟩ expositis praesidium equitum deiecit: 3,23,2; ¶ sagittarios ⟨-iorum *RMenge*⟩ Creta, Lacedaemone, ex Ponto atque Syria ⟨ex syria *h*⟩ reliquisque ciuitatibus III milia ⟨*om. z*; milium *Paul*⟩ numero habebat, funditorum cohortes sescenarias II: 3,4,3; ¶ (imponere: 1,56,2 *et* 3,62,2 *u.* D. numerus;) ¶ incitare: 1,56,2 *ib.*; ¶ interficere: VII 80,7 *u.* circumuenire; 3,93,5 *u.* destituere; ¶ neque ullum fere diem intermittebat, quin equestri proelio interiectis sagittariis quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨*e*⟩: VII 36,4; Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent et nostrorum equitum impetus sustinerent. ab his complures de improuiso uulnerati proelio excedebant: VII 80,3; ¶ Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares ⟨que *add.* $B^2\beta$⟩ subsidio oppidanis mittit; quorum aduentu et Remis . . . studium propugnandi accessit et hostibus . . . spes potiundi ⟨*e*⟩ oppidi discessit: II 7,1.2; VII 31,4 *u.* conquirere; etsi prohibere Pompeius totis copiis et dimicare non constituerat, tamen suis locis sagittarios funditoresque ⟨que *om. Nbhl*⟩ mittebat, quorum magnum habebat numerum; multique ex nostris uulnerabantur, magnusque incesserat timor sagittarum: 3,44,6; ¶ quam ob causam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes sinistro cornu obiecerat ⟨adiecerat?⟩: 3,88,5; ¶ reuocare: 1,27,6 *u.* F. a); ¶ *Caesar* certior factus ab Titurio omnem equitatum et leuis armaturae Numidas, funditores sagittariosque *ponte traducit: II 10,1.

C. dat.: iis (sagittariis) relinquit: 1,27,6 *u.* F. a).

D. gen.: aduentus: II 7,2 *u.* B. mittere; ¶ ab his enim primum equitatus est pulsus, ab isdem factae caedes sagittariorum ac funditorum: 3,94,4; ¶ impetus: 3,93,3 *u.* multitudo; ¶ magnaque multitudo sagittariorum ab utraque parte circumfundebatur: 3,63,6; eodem tempore equites ab sinistro Pompei cornu . . . uniuersi procucurrerunt ⟨*e*⟩ omnisque multitudo sagittariorum se profudit. quorum impetum noster equitatus non tulit: 3,93,3; ¶ numerus: VII 31,4 *u.* B. conquirere; magnum numerum sagittariorum,

Digitized by Google

magnum Albicorum . . . imponunt atque hos praemiis pollicitationibusque incitant: 1, 56, 2; 3, 44, 6 *u.* **B.** mittere; magnum numerum leuis armaturae et sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas et naues actuarias imponit: 3, 62, 2.

E. abl.: has (naues) sagittariis tormentisque compleuerunt: 2, 4, 2; ¶ (deicere: 3, 23, 2 *u.* **B.** exponere.)

F. c. praep.; a) cum: equites nostri cum funditoribus sagittariisque flumen transgressi cum hostium equitatu proelium commiserunt: II 19, 4; ¶ expeditos autem ex euocatis cum ⟨*add. Köchly; om. z; edd.*⟩ sagittariis funditoribusque ⟨sagittarios funditoresque?⟩ raros in muro turribusque disponit. hos certo signo reuocare constituit, cum omnes milites naues conscendissent, atque iis ⟨his *z*⟩ expedito loco actuaria nauigia relinquit: 1, 27, 5. 6.

(b) ex *u.* **a)** 1, 27, 5.)

sagulum: gladiis caespites ⟨*c*⟩ circumcidere, manibus sagulisque ⟨que *om.* β; sarculisque *recc.; Brut.;* furculisque *Vascos.*⟩ terram exhaurire cogebantur ⟨*c*⟩: V 42, 3; ¶ (has (litteras) ille in ⟨*om.* β⟩ iaculo ⟨sagulo *Kran.*⟩ inligatas effert ⟨*c*⟩: V 45, 4.)

sagum: repentino periculo exterriti sinistras sagis inuoluunt gladiosque destringunt: 1, 75, 3.

sal: castra erant ad bellum ducendum aptissima . . . maris propinquitate et aquae et salis copia, cuius magna uis iam ex proximis erat salinis eo congesta: 2, 37, 5.

(**salictum:** generatimque distributi ⟨*c*⟩ [in ciuitates] omnia uada ac saltus eius ⟨salicta eius *Heller*⟩ paludis ⟨eius paludis *del. Kran.; Dt.*[1] — certis custodiis *add.* β; *Schn.*⟩ obtinebant: VII 19, 2.)

salina: aquae et salis copia, cuius magna uis iam ex proximis erat salinis eo congesta: 2, 37, 5.

Sallyes: principes uero esse earum partium Cn. Pompeium et C. Caesarem, patronos ciuitatis; quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Heluiorum ⟨*c*⟩ publice iis ⟨*c*⟩ concesserit, alter bello † uictas galliae ⟨*af; uictas gallias hl; uictos Sallyas Gland.; edd.*⟩ attribuerit ⟨uicta Gallia eadem tribuerit *Madu.;* uicta Gallia alia (ad)tribuerit *Paul*⟩ uectigaliaque auxerit: 1, 35, 4.

Salonae: (hoc confecto negotio a Sasonis ⟨*z*; salonis *recc.; Np.; Db.*⟩ ad Curici ⟨*Momms.;* corici *NOafl;* coryci *h;* orici *recc.;* Oricum *Np.: Db.*⟩ portum stationes ⟨portus, stationes *Np., Db.*⟩ litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: 3, 8, 4;) discessu Liburnarum ⟨*CC*⟩ ex Illyrico M. Octauius cum iis ⟨*c*⟩ quas habebat nauibus Salonas peruenit. ibi concitatis Dalmatis reliquisque barbaris Issam ⟨*c*⟩ a Caesaris amicitia auertit; conuentum Salonis cum neque pollicitationibus neque denuntiatione ⟨*c*⟩ periculi permouere posset, oppidum oppugnare instituit. est autem oppidum et loci natura et † colle munitum: 3, 9, 1. 2; *cf.* § 4. 8.

saltem: neque iis ⟨*c*⟩ (militibus) posse persuaderi, uti eum (Caesarem) defendant aut sequantur saltem. de ⟨sequantur. statim de *l;* saltem *om. O;* uel statim saltim *f*⟩ reliquis rebus ad senatum refertur: 1, 6, 2. 3.

saltus. A. obl.: (Galli) omnia uada † ac saltus ⟨ac saltus *del. Hartz;* atque aditus *B. Müller;* ac meatus *Madu.;* ac salicta *Hell.;* ac semitas *Fleischer;* ac transitus *coni. Np.*⟩ eius paludis ⟨eius pal. *del. Kran.; Dt.*[1]; uada eius pal. ac saltus *EHoffm.*⟩ obtinebant ⟨certis custodiis obtin. β; *Schn.*⟩: VII 19, 2; ¶ C. Fabium . . . in Hispaniam praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari ⟨-re *Paul*⟩ iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur: 1, 37, 1.

B. abl.: ut . . . ille latebris ⟨aut siluis *add.* β; ac siluis *add. Schn.*⟩ aut saltibus se eriperet: VI 43, 6.

C. c. praep.; a) ab: quorum (legatorum) unus Hispaniam citeriorem tribus legionibus, alter ulteriorem ⟨trib. leg., alt. ult. *om. codd.; add. Np.;* quor. un. trib. leg. Hisp. cit., alter *Aldus*⟩ a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus . . . obtinebat: 1, 38, 1; ¶ liceretne ciuibus ad ciues de pace . . legatos mittere, quod etiam fugitiuis ab saltu Pyrenaeo ⟨ab s. Pyr. *del. Vielh.*⟩ praedonibusque ⟨que *om. b; Dauis.*⟩ licuisset? 3, 19, 2.

b) ex: Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate praesidium ex saltu ⟨exaltu *a*⟩ deiecit ⟨deiecit ex saltu *l*⟩: 1, 37, 3.

saluber: quod . . . grauis autumnus in Apulia circumque Brundisium ex ⟨et *a*⟩ saluberrimis Galliae et Hispaniae regionibus omnem exercitum ualetudine temptauerat: 3, 2, 3.

salum: tirones enim multitudine nauium perterriti et salo nauseaque ⟨salona usiaque *ahl*⟩ confecti . . . se Otacilio ⟨*c*⟩ dediderunt: 3, 28, 4.

salus. A. = *σωτηρία* **(incolumitas, uita, caput); a) subi.:** ita *in* exiguo tempore magnoque casu totius exercitus salus constitit: 3, 14, 3; tanta est contentione actum, quanta agi

Digitized by Google

debuit, cum illi ⟨*c*⟩ celerem in ea re uictoriam, hi ⟨*c*⟩ salutem suam consistere uiderent: 3, 111, 5; ¶ positam esse *u.* **pono** *p. 1108* **b)** α) *(3 loc.).*

b) obl.: si sibi magis honorem tribuere quam ab se salutem accipere uideantur: VII 20, 7; quod si fecisset, quietem Italiae, pacem prouinciarum, salutem imperii ⟨*Steph.:* imperio *Oz*⟩ uni omnes acceptam relaturos: 3, 57, 4; ¶ adferre *u.* **adfero** *p. 156* **d)** *(3 loc.);* ¶ tot hominum milia . . ., quorum salutem neque propinqui neglegere neque ciuitas leui momento aestimare posset: VII 39, 3; ¶ committere *u.* **committo** *p. 610* **B. a)** *(3 loc.);* ¶ desperare *u.* **despero** *p. 872 sq. (4 (5) loc.);* ¶ neglegere: VII 39, 3 *u.* aestimare; ¶ ibi perpauci . . . tranare ⟨*c*⟩ contenderunt aut lintribus inuentis sibi salutem reppererunt ⟨pepererunt *Heinsius; Np.*⟩: I 53, 2; primisque oppressis reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum pariebant: 3, 69, 3; ¶ contra in dissensione ⟨*c*⟩ nullam se salutem perspicere: V 31, 2; ¶ fuga salutem petere *u.* **fuga** *p. 1345* **E. a)** *(6 loc.);* ubi . . . passis . . palmis proiecti ad terram flentes ab eo salutem petiuerunt ⟨-ierunt *f*⟩, consolatus consurgere iussit: 3, 98, 2; ¶ ponere *u.* **pono** *p. 1108* **b)** α) *(3 loc.);* ¶ referre: 3, 57, 4 *u.* accipere; ¶ reperire: I 53, 2 *u.* parere; (nostri . . . duas nacti turmas exceperunt, *quarum perpauci fuga salutem sibi reppererunt ⟨add. Kraffert; Dt.⟩.* in his fuit M. Opimius ⟨*u. CC*⟩: 3, 38, 4.)

c) dat.: monere, orare (se) Tiburium pro hospitio, ut suae ac militum saluti consulat: V 27, 7; si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant: VII 66, 5; ¶ Cotta . . . nulla in re communi saluti deerat: V 33, 2; ¶ hic diffisus suae atque omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit: VI 38, 2; ¶ ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset: V 44, 14; ita pugnans post paulum ⟨*c*⟩ concidit ac suis saluti fuit: VII 50, 6.

auxilium saluti: V 48, 1 *u.* **d)** α) auxilium.

d) gen.; pendet α) ex subst.: Caesar . . . unum communis salutis ⟨communi saluti *f; Schn., Fr.;* communi salute *ahl*⟩ auxilium in celeritate ponebat ⟨*c*⟩: V 48, 1; ¶ extremum atque ultimum senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in ⟨*om. f*⟩ desperatione omnium salutis † latorum audacia ⟨iam desperata omnium salute sceleratorum audacia *Vielh.;* in desperatione omnium soluta sceleratorum audacia *Paul; simil. Kindsch.;* *u. CC*⟩ numquam ante descensum ⟨*c*⟩ est: 1, 5, 3; ¶ sua in illos merita proponit obtestaturque ⟨*c*⟩, ut suae salutis rationem habeant neu se optime ⟨*o*⟩ de communi libertate meritum hostibus ⟨*o*⟩ in cruciatum dedant: VII 71, 3; debere se suae salutis rationem habere: 1, 20, 2; ¶ siue timore perterriti, . . . siue spe salutis inducti, quod in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent, . . . e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum . . . contenderunt: I 27, 4; at hostes etiam in extrema spe salutis tantam uirtutem praestiterunt, ut: II 27, 3; pugnatumque ab hostibus ita acriter est, ut a uiris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco . . . pugnari debuit, cum in ⟨*om. AQ*⟩ una uirtute omnis spes salutis ⟨*om.* β⟩ consisteret: II 33, 4; adcurrunt ⟨*c*⟩ atque unam esse spem salutis docent, si eruptione facta extremum auxilium experirentur: III 5, 2; dato signo ex ⟨*c*⟩ castris erumperent atque omnem spem salutis in uirtute ponerent: III 5, 3; nostri tametsi ⟨*c*⟩ ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem salutis ⟨salutis spem β⟩ in uirtute ponebant: V 34, 2; ubi cuique ⟨*c*⟩ aut ualles abdita aut locus ⟨*c*⟩ siluestris ⟨*c*⟩ aut ⟨*c*⟩ palus impedita spem praesidii aut salutis aliquam offerebat, consederat: VI 34, 2; unam ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus proximos colles capere uniuersos . . . iubet: 2, 42, 1.

salutis causâ *u.* **causa** *p. 489 (5 loc.).*

β) **ex uerbis:** docet, quanto opere rei publicae communisque salutis intersit manus hostium distineri: II 5, 2; interesse rei publicae et ⟨ut *x*⟩ communis salutis se cum Pompeio conloqui: 1, 24, 5.

(e) abl.: summae se iniquitatis condemnari debere ⟨*c*⟩, nisi eorum uitam sua laude ⟨*Dauis.;* salute α; *edd.;* sal. sua β⟩ habeat cariorem: VII 19, 5.)

f) c. praep.; α) ad: sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus, quibus eo peruenissent, ad salutem contenderent: III 3, 3; ¶ sperare (se) a multitudine impetrari posse quod ad militum salutem pertineat: V 36, 2; quae tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat: VI 34, 3.

hoc pugnae tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum: nacti enim spatium se in loca superiora receperunt: 1, 51, 6.

β) **de:** agere *u.* **ago** *p. 220* ββ) *extr. (3 loc.:* I 31, 1; 1, 22, 3; 1, 74, 6;) ¶ (tribuni pl.) de sua salute septimo die cogitare coguntur:

Digitized by Google

1,5,2; ¶ Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni salute desperant: VII 85,3; hi de sua salute desperantes, ut extremo uitae tempore homines facere consuerunt, aut suam mortem miserabantur aut: 2,41,8; ¶ sperare (se) ab eo de sua ac militum salute impetrari ⟨impetrare *AQ*⟩ posse: V 36,3; quod de sua salute impetrauerit, fore etiam reliquis ad suam spem solacio: 1,22,6; ¶ multa suppliciter locutus *est*, ut de sua atque omnium salute debebat: 3,19,3.

ut, si quid ⟨*c*⟩ etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii celeritate praecurreret: VII 9,4.

ut ... si superauissent, uel domesticis opibus uel externis auxiliis de salute urbis confiderent: 2,5,5.

(γ) in c. abl.: quod suum periculum in aliena uident uirtute ⟨β; *Sehn.*; salute α; *rell. edd.*⟩ constare: VII 84,4.)

δ) pro: illi ... multum ipsis militibus hortantibus neque ullum periculum pro salute Caesaris recusantibus nacti austrum naues soluunt: 3,26,1.

B. = (χαίρειν,) salutatio: salutem dicere *u.* **dico** *p. 883* **B. n) α)** *(5 loc.).*

Auxilio salutique esse: V 44,14.

Adiect.: (aliena: VII 84,4;) communis *u.* **communis** *p. 615 (7 (8) loc.);* nulla: V 31,2; omnis: VII 25,1; 85,3; (sua *18 (19) loc.*; uestra: VII 77,9;) una: V 29,6.

saluto: hoc (imperatoris) nomen obtinuit (Pompeius) atque ita se postea salutari passus *est* ⟨*u. CC*⟩: 3,71,3.

saluus: mouebatur etiam misericordia ciuium, quos interficiendos uidebat; quibus saluis atque incolumibus rem obtinere malebat: 1,72,3; ¶ an paenitet uos, quod saluum atque incolumem exercitum nulla omnino naue desiderata traduxerim? 2,32,12; ¶ etsi aliquo accepto detrimento, tamen summa exercitus salua locum quem petant capi posse: 1,67,5.

Samarobriua. *Cf. Mangon de la Lande, Dissertation sur* Samarobriua, *ancienne ville de la Gaule. Saint-Quentin 1825; Mangon de la Lande, Mémoire en réponse à celui de M. Rigollot sur ... Samarobriua. St.-Quentin 1827; Mangon de la Lande, Mémoire en réponse aut rapport fait à la Société académique de Douai sur l'ouvrage intitulé: Dissertation sur* Samarobriua, *ancienne ville de la Gaule. St.-Quentin 1827; Mangon de la Lande. Quatrième dissertation sur* Samarobriua. *St.-Quentin 1829; Desains, Réfutation des opinions émises par M. de C. et M. Rigollot sur le mémoire de M. de la Lande intitulé* Samarobriua, *in: Mém. de la Soc. des sciences, arts etc. de ... Saint-Quentin 1831 à 33. St.-Quentin 1839; Lemaire, Emmanuel, Essai sur l'histoire de la ville de Saint-Quentin, (Le Vermandois gallo-romain. — Samarobriva. — Augusta Viromanduorum) in Mém. de la Soc. académ. de St.-Quentin, 4e série, t. I. p. 349 sqq. et XXXI p. 383 sqq. Saint-Quentin 1878.*

subductis naulbus concilioque Gallorum Samarobriuae ⟨samarubriue β; famoriobriue *Qpr*⟩ peracto ... coactus est ... legiones ... distribuere: V 24,1; Crassum Samarobriuae ⟨samarebriue *l*⟩ praeficit legionemque ei ⟨*c*⟩ attribuit, quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, litteras publicas frumentumque omne ... relinquebat: V 47,2; ipse cum tribus legionibus circum Samarobriuam ⟨-brium *zaf*; -briuma *h*; -bruma *l*⟩ trinis hibernis hiemare constituit: V 53,3.

Samnis *u.* **lis.**

sancio: iure iurando sancire *u.* **ius iurandum** *p. 394* **C.** *(3 loc.);* ¶ quae ciuitates commodius suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis ⟨*c*⟩ quid de re publica a finitimis rumore ac ⟨*c*⟩ fama acceperit ⟨*c*⟩, uti ad magistratum deferat ⟨*c*⟩ neue cum quo alio communicet ⟨*c*⟩: VI 20,1.

sanctitas: est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et caerimonia deorum: *ap. Suet.* I 6.

sanctus. A. pos.: qui quacumque ⟨*c*⟩ de causa ad eos uenerunt, ab ⟨*c*⟩ iniuria prohibent sanctosque ⟨que *om.* α; *plur. edd.*⟩ habent: VI 23,9; ¶ legatos, quod nomen ad ⟨*c*⟩ omnes nationes sanctum inuiolatumque semper fuisset, retentos ab se: III 9,3.

B. comp.: tantus repente terror inuasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium uenisset ad pecuniam ⟨que *add. hl*⟩ Pompeio ⟨*c*⟩ ex senatus consulto proferendam, protinus ⟨non *add. Halbertsma*⟩ aperto sanctiore aerario ex urbe profugeret: 1,14,1.

C. superl.: conclamant equites sanctissimo iure iurando confirmari oportere, ne: VII 66,7.

sanguis: frustra, inquit, meae uitae subuenire conamini, quem iam sanguis uiresque deficiunt ⟨deficiant *Fr.*⟩: VII 50,6; ¶ neque se umquam abuti militum sanguine neque rem publicam alterutro exercitu priuare uoluisse: 3,90,3; ¶ cuius opera sine

Digitized by Google

uestro sanguine tantum exercitum uictorem fame ⟨*e*⟩ consumptum uidetis: VII 20, 12.

sanitas: iamque eum ad sanitatem reuerti arbitrabatur, cum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur: I 42, 2; plebemque ⟨*c*⟩ (Conuictolitauis) ad furorem impellit, ut facinore admisso ad sanitatem reuerti pudeat ⟨pudeat reuerti β⟩: VII 42, 4.

sano: id tamen (incommodum) se celeriter maioribus commodis sanaturum ⟨senaturum A^1; sarturum *coni. Schn.*⟩: VII 29, 5; ¶ reliqua, quae ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur, commemorat: 1, 35, 2; in castra Cornelia recedendum, ut maiore spatio temporis interiecto militum mentes sanarentur: 2, 30, 3.

Santoni(-es). *Cf. Lacurie, Notice sur le pays des Santons. (Bulletin monumental, t. X. p. 590 sqq.) Caen 1844.*

Caesari renuntiatur Heluetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum ⟨sanctonum *Ca*; Sontiatum *Kraff.*⟩ fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt: I 10, 1; Caesar non exspectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santonos ⟨santones M^2; sanctonos *Ca*; scantonos A^1⟩ Heluetii peruenirent: I 11, 6; (Gallicis nauibus,) quas ex Pictonibus ⟨*c*⟩ et Santonis ⟨sanctonis *Ca*; santoniis *f*⟩ reliquisque pacatis regionibus conuenire iusserat: III 11, 5; imperant . . . Sequanis, Senonibus, Biturigibus, Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia ⟨XII β⟩: VII 75, 3.

sanus: (Dumnorigem) interfici iubet nihil hunc ⟨cum β⟩ se absente pro sano facturum arbitratus, qui praesentis imperium neglexisset: V 7, 7.

sapio: hi ⟨si *add. f; Madu., Hold.*⟩ sapient; si ⟨sapient, si *Madu.; Hold.*⟩ grauius quid acciderit, abs te rationem reposcent: V 30, 2.

sarcinae. **A. obi.**: interea ⟨*CC*⟩ sarcinas in unum locum conferri et eum . . . muniri iussit: I 24, 3; qua re nuntiata Caesar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit: VII 18, 4; ¶ aliquo accepto detrimento aut procul equitatu uiso ex medio itinere proiectis sarcinis fugiebant: 1, 59, 3; ¶ (relinquere, repetere: 3, 76, 2 *u.* **B.**)

B. gen.: alii, quod subito consilium profectionis ceperant magna parte impedimentorum et sarcinarum relicta, ad haec repetenda . . . nullum relinquebant: 3, 76, 2.

C. c. praep.: neque esse quicquam negotii . . . hanc (legionem) sub sarcinis adoriri: II 17, 2; (Romanos) impeditos in agmine et sub sarcinis [infirmiore ⟨*e*⟩ animo] adoriri cogitabant: III 24, 3.

sarcinarius: et inopia pabuli adducti et quo essent ad *iter expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent: 1, 81, 6.

sarcio: detrimentum *u.* **detrimentum** *p. 878* **B.** *(3 loc.);* ¶ id tamen (incommodum) se celeriter maioribus commodis sanaturum ⟨sarturum *coni. Schn.*⟩: VII 29, 5; dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum uirtute sarciretur: 3, 73, 5; ¶ exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor tantumque studium infamiae ⟨ignominiae *f*⟩ sarciendae, ut: 3, 74, 2.

Sardinia: mittit in Sardiniam cum legione una Valerium legatum: 1, 30, 2; Sardiniam obtinebat M. Cotta: 1, 30, 2; ille (Cotta) perterritus, quod omnem prouinciam consentire intellegebat, ex Sardinia in Africam profugit: 1, 30, 3; nacti uacuas ab imperiis Sardiniam Valerius, Curio Siciliam cum exercitibus eo perueniunt ⟨*haec omnia del. Hartz*⟩: 1, 31, 1; satis esse magna utrimque incommoda accepta: . . . illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia duabusque Hispaniis: 3, 10, 4. 5.

sarmenta: laeti, ut explorata uictoria, sarmentis ⟨sacramentis *A*⟩ uirgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt: III 18, 8.

(Sasala *u.* Sadala.)

Saso: hoc confecto negotio a Sasonis ⟨*x*; salonis *recc.; Np., Db.*⟩ ad Curici ⟨corici *NOx*; orici *recc.*; Oricum *Np., Db.*⟩ portum stationes ⟨portus, stationes *Np., Db.*⟩ litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: 3, 8, 4.

satis. **1. ui adiectiui (uel subst.); A. posit.; a) c. uerb.**: Caesar praesidium ⟨praesidio B^1β⟩ utrisque castris quod satis esse uisum est reliquit: I 51, 1; quod ⟨quot *edd. pr.; Np., Db.*⟩ satis esse ⟨esset *a*⟩ ad duas transportandas legiones existimabat quod ⟨*e*⟩ praeterea nauium longarum habebat: IV 22, 3; Sulpicium Rufum legatum cum eo praesidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere iussit: IV 22, 6; huic rei quod satis esse uisum est militum reliquit: V 2, 3; cuius modo ⟨*e*⟩ rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias uidebatur: 3, 32, 2; inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus: 3, 92, 1; — ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt: I 3, 2; id sibi *ad* auxilium spemque reliqui temporis satis futurum: IV 16, 6; id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem . . . parum profici:

Digitized by Google

VII 66, 4; ¶ satis ad Gallicam ostentationem minuendam militumque animos confirmandos factum existimans in Haeduos mouit castra: VII 53, 3; *u. praeterea* **satisfacio;** ¶ Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia hostem rapinis . . . prohibere: I 15, 4; nostri uero, qui satis habebant sine detrimento discedere, . . . quietissime *se* receperunt: 3, 46, 6; ¶ satis et ad laudem et ad utilitatem profectum ⟨perfectum *AQβ*⟩ arbitratus se . . . recepit: IV 19, 4.

b) c. genetiuo substantiuorum: cum ad has suspiciones certissimae res accederent, . . . satis esse causae arbitrabatur, quare in eum . . . animaduerteret: I 19, 1; quibus rebus neque tum respondendum Caesar existimauit neque nunc ut memoriae prodantur ⟨*N*; -datur *x*⟩ satis causae putamus: 3, 17, 1; — animaduertit . . . hostem et uagari et uias obsidere et castris satis praesidii relinquere: III 23, 7; — sed satis iam fecisse (se) officio satisque supplicii tulisse: 1, 84, 3.

(B. comp.: etsi propter multitudinem . . . se tuto dimicaturos existimabant, tamen tutius ⟨satius *Th. Bentl.*⟩ esse arbitrabantur . . . commeatu intercluso . . . uictoria potiri: III 24, 2.**)**

2. ui aduerbii; A. = *ἱκανῶς, ἀρκούντως;* **a) c. adiect.:** re frumentaria praeparata confirmatisque militibus et satis longo spatio temporis a Dyrrachinis proeliis intermisso, quo satis perspectum ⟨*e*⟩ habere militum *animum* uideretur, . . . Caesar existimauit: 3, 84, 1; ¶ non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat: I 16, 2; satis esse magna utrimque incommoda accepta, quae pro disciplina et praeceptis habere possent ⟨*e*⟩: 3, 10, 4; ¶ nauibus transire ⟨se *add.* β⟩ neque satis tutum esse arbitrabatur, neque: IV 17, 1.

b) c. aduerb.: s. commode *u.* **commode** *p. 613* **B.** *(5 loc.);* ¶ neque Bibulus impeditis ⟨*e*⟩ nauibus dispersisque remigibus satis mature occurrit: 3, 7, 3.

c) c. uerb.: Caesar neque satis militibus perterritis confidebat spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat *et:* 3, 74, 3; ¶ neque satis Bruto . . . uel tribunis militum centurionibusque . . . constabat, quid agerent: III 14, 3; ¶ perspectum habere: 3, 84, 1 *u.* **a)** longus; ¶ cum . . . neque de frumento reliquoque commeatu satis esset prouisum: III 3, 1.

d) c. subst.: *cum* quantum in bello fortuna posset iam ipsi incommodis suis satis essent documento: 3, 10, 6.

B. = *ἐπιεικῶς, μάλα* **(ziemlich); a) c. adiect.:** planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis: I 43, 1; ¶ interim Pompeius hac satis longa interiecta mora et re nuntiata V ⟨*e*⟩ legiones ⟨*e*⟩ ab opere deductas ⟨*e*⟩ subsidio suis duxit: 3, 69, 1; ¶ quo satis magnus hominum pecorisque numerus conuenerit: V 21, 2; non exaudito ⟨*e*⟩ sono tubae, quod satis magna ⟨magnae β⟩ ualles intercedebat ⟨-bant β⟩: VII 47, 2; 3, 10, 4 *u.* **A. a)** magnus.

b) c. aduerb.: hoc ⟨*e*⟩ sibi Caesar satis oportune ⟨sat. oport. caes. β⟩ accidisse arbitratus . . . imperat: IV 22, 2.

satisfacio. A. = facere quae debemus: sed satis iam fecisse (se) officio satisque supplicii tulisse: 1, 84, 3; ¶ non facile Gallos Gallis negare potuisse, praesertim cum de recuperanda communi libertate consilium initum uideretur, quibus quoniam pro pietate ⟨*Q*; proprietate *ABMβ*⟩ satis fecerit, habere nunc se rationem officii pro beneficiis Caesaris: V 27, 7; ¶ VII 53, 3 *u.* **satis 1. A. a)** facere.

B. = restituere alci quae erepta sunt: quam maximas potuerunt pecunias mutuati, proinde ac ⟨si *add. Paul*⟩ suis satis facere et fraudata restituere uellent, . . . ad Pompeium transierunt: 3, 60, 5; ¶ si Haeduis de iniuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satis faciant: I 14, 6; seseque paratos esse . . omnibus rationibus ⟨*om.* β⟩ de iniuriis satis facere: V 1, 7.

C. = placare: ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satis facere seu uiuum tradere uelint: VII 89, 2.

D. = se excusare: missis ad Caesarem satis faciendi ⟨*AQβ*; *Schn.*; satisfaciundi *BM*; *plur. edd.*⟩ causa legatis, cum is . . . iussisset, dicto audientes non fuerunt: V 54, 3; ¶ deinde reliquae legiones cum tribunis ⟨per tribunos $B^1β$⟩ militum et primorum ordinum centurionibus ⟨centuriones $B^1β$⟩ egerunt, uti ⟨per eos *add.* $B^1β$⟩ Caesari satis facerent: I 41, 3.

satisfactio: legiones cum ⟨*e*⟩ tribunis ⟨*e*⟩ militum . . . egerunt, uti ⟨*e*⟩ Caesari satis facerent. . . . eorum satisfactione accepta . . . profectus est: I 41, 4; Vbiorum ⟨*fik*; ubi horum *X*⟩ satisfactionem accipit ⟨accepit *X*⟩, aditus uiasque in Suebos perquirit: VI 9, 8.

Saturninus: atque haec superioris aetatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum casibus ⟨caedibus *Vielh.*⟩ docet: 1, 7, 5.

Digitized by Google

saucius. 1. adiect.: ille cum Cotta saucio communicat: V 36, 3.

2. ui subst.; A. sing.: ac non modo defesso ex pugna excedendi, sed ne saucio quidem eius loci, ubi constiterat ⟨-rant *hl*⟩, relinquendi ac sui recipiendi facultas dabatur: III 4, 4.

B. plur.: Caesari ad saucios deponendos . . . necesse erat adire ⟨*e*⟩ Apolloniam: 3, 78, 1; ¶ nulla interposita mora sauciorum modo et aegrorum habita ratione *impedimenta* . . . Apolloniam praemisit: 3, 75, 1.

Saxa: mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perspiciat: 1, 66, 3; *cf. qu. sqq.*

saxum *(semper plurali num.).* A. subi.: ne aut tela tormentis immissa ⟨*e*⟩ tabulationem ⟨*e*⟩ perfringerent aut saxa ex catapultis latericium discuterent: 2, 9, 3; ¶ (esse: VII 23, 5 *u.* seruare;) ¶ ipsi erant transcendendae ualles . . . difficillimae; saxa multis locis praerupta iter impediebant: 1, 68, 2; ¶ hoc cum in speciem uarietatemque opus deforme non est alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines seruant, tum ad . . . defensionem urbium summam habet oportunitatem, quod et ab incendio lapis et ab ariete materia defendit: VII 23, 5.

B. obi.: his (trabibus et saxis) conlocatis et coagmentatis alius insuper ordo additur: VII 23, 3; ¶ tum magni ponderis saxa et praeacutas trabes in muro conlocabant ⟨collocarant *f; Schn.;* conloca(ue)runt β⟩: II 29, 3; VII 23, 3 *u.* coagmentare; ¶ sub musculo milites uectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, conuellunt: 2, 11, 3; ¶ subito oppidani saxa quam maxima possunt uectibus promouent praecipitataque *e muro in musculum deuoluunt: 2, 11, 1; ¶ ut (trabes) . . . paribus *intermissis spatiis singulae singulis saxis interiectis arte contineantur: VII 23, 3; ¶ praecipitare, promouere: 2, 11, 1 *u.* deuoluere; ¶ ut (naues) . . . ab aestu relictae ⟨*e*⟩ nihil saxa et cautes ⟨cotes β⟩ timerent: III 13, 9.

C. abl.; a): contineri: VII 23, 3 *u.* B. intericere; 2, 11, 3 *ib.* conuellere; ¶ ea autem . . . interualla grandibus in fronte ⟨frontem β⟩ saxis efferciuntur ⟨effarc. α; *edd.*⟩: VII 23, 2; ¶ apertos cuniculos praeusta et praeacuta materia et pice feruefacta et maximi ponderis saxis morabantur moenibusque adpropinquare prohibebant ⟨*haec uerba om. BM*⟩: VII 22, 5.

b): alternis trabibus ac saxis: VII 23, 5 *u.* A. seruare.

D. c. praep.; a) ex: a medio fere colle in longitudinem ⟨*e*⟩, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis sex pedum murum . . . praeduxerant Galli: VII 46, 3.

b) inter: postridie terram attigit. † Germiniorum saxa inter et ⟨attigit. inter Cerauniorum saxa et *Em. Hoffm.;* Cerauniorum inter saxa et *Köchly;* terram attigit Germiniorum. saxa inter et *edd.*⟩ alia loca periculosa quietam nactus stationem . . . ad eum locum, qui appellabatur Palaeste, . . . milites exposuit: 3, 6, 3.

Scaeua: scutoque ad eum relato Scaeuae centurionis inuenta sunt in eo foramina CXX ⟨*e*⟩. quem Caesar, ut erat de se meritus et de re publica, donatum milibus CC conlaudatumque ⟨*e*⟩ ab octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiauit. eius enim opera ⟨*e*⟩ castellum magna ex parte conseruatum esse constabat: 3, 53, 4. 5.

scalae. A. obi.: legionarii interioris munitionis defensores scalis admotis tormentis . . . terrebant: 3, 63, 6; ¶ (efficere: VII 81, 1 *u.* B.;) ¶ Caesar castris munitis scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et crates parari iussit. quibus rebus effectis . . .: 3, 80, 4; ¶ re cognita Caesar scalas parari militesque armari iubet: 1, 28, 2; ¶ milites positis scalis muros ascendunt: 1, 28, 4.

B. gen.: Galli . . . magno cratium, scalarum, harpagonum ⟨*e*⟩ numero effecto . . . ad . . munitiones accedunt: VII 81, 1.

C. abl.: hostes . . . testudines . . agere et scalis uallum ascendere coeperunt: V 43, 3; (1, 28, 4 *u.* A. ponere;) ¶ simul ex ⟨et *Ciace.*⟩ terra scalis et classe moenia oppidi temptans . . . nostros uicit ⟨*u. CC*⟩: 3, 40, 2.

Scaldis: ipse cum reliquis tribus ⟨VIII β⟩ (legionibus) ad flumen Scaldem ⟨scaldim *a¹f;* scaldin *hl;* Sabim *Steph.*⟩, quod influit in Mosam ⟨Calbem, qu. infl. in Mosellam *Bergk*⟩, extremasque Arduennae partes ire constituit, quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat: VI 33, 3.

scapha. A. subi.: ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae signo dato se in hostes incitauerunt primoque impetu unam ex his *quadriremibus cum remigibus defensoribusque suis ceperunt, reliquas turpiter refugere coegerunt: 3, 24, 3.

B. obi.: magistrisque imperat nauium, ut primo uespere omnes scaphas ⟨-fas *a*⟩ ad litus

Digitized by Google

adpulsas habeant. sed . . . pauci lenunculi ad officium imperiumque conueniebant: 2, 43, 1 (3); ¶ quod cum animaduertisset Caesar, scaphas ⟨scapas *A*⟩ longarum nauium, item speculatoria nauigia militibus compleri iussit: IV 26, 4; ¶ uirtute militum confisus scaphas ⟨schaphas *a*⟩ nauium magnarum ⟨longarum?⟩ circiter LX cratibus pluteisque contexit eoque milites delectos imposuit atque eas ⟨*del. Kraff.*⟩ in litore pluribus locis separatim disposuit: 3, 24, 1; ¶ disponere: 3, 24, 1 *u.* contegere; ¶ habere: 2, 43, 1 *u.* adpellere; ¶ instruere: 3, 100, 2 *u.* C. elicere; ¶ mittere (submittere): 3, 28, 2 *u.* C. expugnare; ¶ tegere: 3, 100, 2 *u.* C. elicere.

C. abl.: similiter Vatinius, qui Brundisio praeerat, tectis instructisque scaphis ⟨schaphis *a*⟩ elicuit naues Laelianas: 3, 100, 2; ¶ deiectisque ⟨*c*⟩ defensoribus, qui omnes scaphis excepti refugerunt ⟨*c*⟩, eam nauem expugnauit: 3, 40, 3; sed Cassius exceptus scapha ⟨schapha *a*⟩ refugit ⟨*c*⟩: 3, 101, 6; ¶ has (naues) scaphis minoribusque nauigiis compluribus † summissis ⟨summisso *a*; sumptis *O*; *del. Ciacc.*; suis missis *Paul*⟩ Otacilius ⟨*c*⟩ Crassus . . . expugnare parabat: 3, 28, 2; ¶ duasque naues cum militibus, quae ad moles Caesaris adhaeserant, scaphis lintribusque reprehendunt, reprehensas ⟨deprehendunt, deprehensas *O*⟩ excipiunt: 1, 28, 4.

D. c. praep.: magnum numerum leuis armaturae et sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas et naues actuarias imponit: 3, 62, 2; (3, 24, 1 *u.* B. contegere.)

sceleratus. 1. adiect.: si negotium confici stirpemque hominum sceleratorum interfici uellet ⟨*c*⟩, dimittendae plures manus . . . erant: VI 34, 5.

2. ui subst.: ad illud extremum . . . senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis † latorum ⟨*x*; illata sceleratorum *Koch*; *Db.*; soluta sceleratorum *Paul*⟩ audacia numquam ante descensum ⟨*c*⟩ est ⟨*u. CC*⟩: 1, 5, 3;) — (ut potius priuato paucorum et latronum ⟨paucorum sceleratorum *Paul*⟩ quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6;) — quibus ita ⟨*c*⟩ est interdictum, hi ⟨*c*⟩ numero impiorum ac sceleratorum habentur, his ⟨*c*⟩ omnes decedunt ⟨*c*⟩, aditum eorum ⟨*c*⟩ sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione ⟨*c*⟩ incommodi accipiant: VI 13, 7.

scelus: fidem ab imperatore de Petrei atque Afranii uita petunt, ne quod in se scelus concepisse neu suos prodidisse uideantur: 1, 74, 3; ¶ quid enim est illis optatius quam uno tempore et nos circumuenire et uos nefario scelere obstringere? 2, 32, 3; ¶ ubi . . . indutiis . . per scelus uiolatis suam uirtutem inrisui fore perdoluerunt: 2, 15, 1; — consuesse enim deos immortales, . . . quos pro scelere eorum ulcisci uelint, his ⟨*c*⟩ secundiores interdum res . . . concedere: I 14, 5.

scienter. A. pos.: cohortibusque caetratis ⟨*c*⟩ subsidio missis scienter in duas partes sese distribuunt: 1, 55, 2.

B. comp.: aggerem cuniculis subtrahebant, eo scientius, quod apud eos . . . omne genus cuniculorum notum atque usitatum est: VII 22, 2.

scientia. A. subl. (appos.): his difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque usus militum . . . et quod . . . uetuerat: II 20, 3.

B. obl.: duces uero ii ⟨*c*⟩ deliguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant summamque scientiam rei militaris habere existimabantur: III 23, 5.

C. abl.: quod et naues habent Veneti plurimas . . . et scientia atque usu rerum nauticarum ceteros ⟨*sic* β; usu nauticarum reliquos α; usu nauticarum rerum reliquos *edd.*⟩ antecedunt: III 8, 1; ¶ Massilienses et celeritate nauium et scientia gubernatorum confisi nostros eludebant: 1, 58, 1; ¶ non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis, cuius rei fuerint ipsi imperiti: VII 29, 2.

D. c. praep.; a) ab: cum propius erat necessario uentum, ab scientia gubernatorum atque artificiis ⟨*c*⟩ ad uirtutem montanorum confugiebant: 1, 58, 2.

b) propter: commodissimum uisum est . . . Procillum . . . et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Arioui-stus . . . utebatur, . . . ad eum mittere: I 47, 4; summa imperii traditur Camulogeno Aulerco, qui prope confectus aetate tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem euocatus: VII 57, 3.

scilicet: N. Magium ⟨*c*⟩, Pompei praefectum, deprehendi. scilicet ⟨*MC*; sed *al.*⟩ meo ⟨et meo *M*; et *del. Man.*⟩ instituto usus sum et eum statim missum feci: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 2.

scindo: cum . . . hostes acrius instarent languidioribusque nostris uallum scindere et fossas complere coepissent: III 5, 1; (hostes) sic nostros contempserunt, ut . . . alii uallum

Digitized by Google

manu scindere, alii fossas complere inciperent: V 51, 4.

scio. A. sequitur obl.: hoc uos statim scire uolui: *ap. Cic. ad Att.* IX 13 *A*, 1.

B. sequ. acc. c. inf.: scire se illa esse uera: I 20, 2; quod non fore dicto audientes neque signa laturi dicantur, nihil se ea re commoueri; scire enim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit, aut male re gesta fortunam defuisse aut aliquo facinore comperto auaritiam esse conuictam ⟨coniunctam *X*⟩: I 40, 12; non se . . . tam imperitum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos ⟨*e*⟩ in his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse: I 44, 9; pedestria esse itinera concisa aestuariis, nauigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum (Veneti . . .) sciebant ⟨nauigat. . . . portuum *del. Hug*⟩: III 9, 4; alterum (nuntium) ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatum ⟨*e*⟩ fines legionem adducat, qua sibi ⟨sibi scit *Hell.; Dt.*[1]; sibi sit *Ciacc.; Frig., Dt.*[2]⟩ iter ⟨sit *add. Q*⟩ faciendum sciebat ⟨β; *om.* α; *Dt., Fr.*⟩: V 46, 3; ueritus, ne ⟨*e*⟩ . . . hostium impetum sustinere non posset, praesertim quos recenti uictoria efferri sciret: V 47, 4; quoniam obsidione liberatum Ciceronem sciebat, aequo animo remittendum de celeritate existimabat: V 49, 6; cum his esse hospitium Ambiorigi sciebat; item . . . cognouerat: VI 5, 4; quam ⟨*CC*⟩ ad ⟨*o*⟩ diem ei legioni, quae in praesidio relinquebatur, deberi frumentum ⟨*o*⟩ sciebat: VI 33, 4; quod magna esse Pompei beneficia et magnas clientelas in citeriore prouincia sciebat: 2, 18, 7; neque pudentes ⟨*e*⟩ suspicari oportet sibi parum credi neque improbos scire sese timeri: 2, 31, 4; quem (Rebilum legatum) Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat: 2, 34, 4; magnum enim quod adferebant uidebatur, et Caesarem id summe sciebant cupere et . . . existimabatur: 3, 15, 8; id cum essent plerique admirati, Scio me, inquit, paene incredibilem rem polliceri: 3, 86, 2; Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

C. sequ. interrog. obl.; a): Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur ⟨-itur B^1M⟩ scire ⟨scri *A pr.*⟩ possit: I 20, 6; cum ⟨*e*⟩ propter longitudinem agminis minus ⟨*e*⟩ facile ⟨*e*⟩ omnia ⟨*o*⟩ per se obire et quid quoque loco faciendum esset prouidere ⟨scire β⟩ possent: V 33, 3; principibus . . . ad se euocatis ⟨*e*⟩ *alios territando, cum ⟨*delend. suspicatur Oud.*⟩ se scire quae fierent denuntiaret, *alios cohortando ⟨*sic fere Ald.;* denuntiaret *om. Oud.;* cum se sc. q. fier. alias coh. denuntiaret α; cum sciret deficere, alias coh. β⟩: V 54, 1.

b): idque adeo haud scio mirandumne sit cum ⟨*e*⟩ compluribus aliis de causis tum maxime, quod: V 54, 5.

rent memoriam ⟨mem. ret. β⟩ . . ., dat signum proelii: VII 62, 2.

κ) priuatus: erat . . . prouincia differta . . . exactoribus, qui praeter imperatas pecunias suo etiam priuato compendio seruiebant: 3, 32, 4; — de suis priuatis ⟨*c*⟩ rebus: V 3, 5 *u. p. 2084* **b)** rebus.

λ) proprius: nam fortasse inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri . . . etiam mediocris est animi: 3, 20, 3.

μ) tantus: ad eum (Ariouistum) Caesar legatos cum his mandatis mittit: quoniam tanto suo populique Romani beneficio adfectus . . . hanc sibi . . . gratiam referret: I 35, 2; magnamque in spem ueniebat (Caesar) pro suis tantis populique Romani in eum beneficiis cognitis suis postulatis fore uti pertinacia desisteret: I 42, 3; — ubi (milites) tantos suos labores et apparatus male cecidisse uiderunt: 2, 15, 1.

ν) uetus: quos . . . Pompeius erat adhortatus, ne noua Caesaris officia ueterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent: 1, 34, 3; — (Caesar) traducto . . exercitu flumen Genusum ueteribus suis in ⟨*om. a*⟩ castris ⟨in uet. s. castr. *Np., Dt.*⟩ contra Asparagium consedit: 3, 76, 1; simili ratione Pompeius confecto eius diei itinere in suis ueteribus castris ad Asparagium consedit: 3, 76, 2.

ο) duae, tres, *sim.*: parte circiter tertia exercitus . . . dimissa duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit (Caesar): 1, 87, 4; ¶ L. Fabius ⟨*c*⟩ centurio ⟨*c*⟩ . . . tres suos nactus manipulares atque ab iis ⟨*c*⟩ subleuatus murum ascendit: VII 47, 7; ¶ proxima nocte centuriones Marsi duo ex castris Curionis ⟨*c*⟩ cum manipularibus suis XXII ad Attium Varum perfugiunt: 2, 27, 1.

B. = secundus, oportunus: suo loco, suis locis *u.* **locus** *p. 483 (7 loc.)*; — utrique sese ⟨*c*⟩ suo loco continent: Galli, quod . . . exspectabant; Caesar, si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset: V 50, 3.

C. = usitatus, notus: petere non solum Bellouacos, sed etiam pro his ⟨*c*⟩ Haeduos, ut sua ⟨*om.* β⟩ clementia ac mansuetudine in eos utatur: II 14, 5; legatos ad Caesarem . . . miserunt: . . . si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset Aduatucos esse conseruandos, ne se armis despoliaret: II 31, 4; ¶ erat . . intus . . . Vertico, . . . qui a prima obsidione ad Ciceronem perfugerat summamque ⟨*Paul; Hold., Dt.²; suamque X; edd.*⟩ ei fidem praestiterat: V 45, 2; ¶ (Caesar) pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conseruauit: 3, 98, 2; ¶ cum militibus regis conloqui coeperunt eosque hortari, ut suum ⟨si uim *a*⟩ officium Pompeio praestarent ⟨praestaret *NO¹κ*⟩ neue eius fortunam despicerent ⟨*c*⟩: 3, 103, 4.

2. non additur substantiuum; A. masc. sui; a) non additur adiectiuum (uel numerale); α) pertinet ad eiusdem enuntiati subiectum; αα) subiect.; 𝔄) ab suis c. pass.: interim alii suos in castra inuitandi causa adducunt, alii ab suis abducuntur ⟨adduc. *ahl*⟩: 1, 74, 4; ¶ (Vercingetorix) rex ab suis appellatur: VII 4, 5; ¶ praestare dicebant per uirtutem in pugna belli fortunam experiri quam desertos et circumuentos ab suis grauissimum supplicium perpeti: 2, 30, 2; — commisso proelio deseritur a suis Varus: 1, 13, 4; ¶ Varro . . . certior ab suis factus est praeclusas esse portas: 2, 20, 6; ¶ quos postea monitus ab suis, quod ea res omnium iudicio reprehendebatur, circum familias ⟨*c*⟩ conuentus Campaniae ⟨*CC*⟩ distribuit: 1, 14, 5; ¶ adeoque erat impedita uallis, ut in ascensu nisi subleuati a suis primi ⟨-mis h^1⟩ non facile eniterentur: 2, 34, 5.

𝔅) abl. abs.: (Petronius) conantibus auxiliari suis Frustra, inquit, meae uitae subuenire conamini: VII 50, 6; ¶ his constitutis rebus ⟨omnibus *add.* β⟩ suis inopinantibus quam maximis potest itineribus Viennam peruenit: VII 9, 3.

ββ) obiect.; 𝔄) acc.: adducere: 1, 74, 4 *u.* **αα) 𝔅)** abduci; ¶ Eporedorigem et Viridomarum . . . inter equites uersari suosque appellare ⟨-ari β⟩ iubet: VII 40, 5; ¶ itaque suos cohortatus, quos integros superauissent ut uictos contemnerent, plenus spei aduersus eos ⟨*c*⟩ proficiscitur: 2, 5, 2; Rufus quaestor in castris relictus a Curione cohortatur suos, ne animo deficiant: 2, 43, 1; *u. praeterea* **cohortor** *p. 596* **b) α) γγ)** *(5 (7) loc.)*; ¶ suos commendabant: 2, 41, 8 *u. p. 2076* mortem; ¶ suos concitauerunt: V 26, 2 *u. p. 2080* regni; ¶ confirmare: V 49, 4 *u.* facere; ¶ Vercingetorix ex arce ⟨*c*⟩ Alesiae suos conspicatus ex oppido egreditur: VII 84, 1; ¶ qui (Pompeius) paulo ante ex castris fugientes suos conspexerat: 3, 70, 1; ¶ Caesar suos a proelio ⟨a proel. suos *af*⟩ continebat: I 15, 4; Labienus suos intra munitionem ⟨*c*⟩ continebat: V

Digitized by Google

57,4; ¶ Vercingetorix tot continuis incommodis ... acceptis suos ad concilium conuocat: VII 14,1; ¶ (principes) paulatim ex castris discedere et ⟨c⟩ suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30,2; ¶ (Roucillus et Egus) stulta ac barbara arrogantia elati despiciebant suos: 3,59,3; ¶ Galli ... non omnes ... conuocandos statuunt, ... ne tanta multitudine confusa nec ⟨c⟩ moderari ⟨c⟩ nec discernere suos ... possent: VII 75,1; ¶ (educere: VII 81,3 *u.* γγ) dare;) ¶ Crassus equitum praefectos cohortatus, ut magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri uellet ⟨c⟩ ostendit: III 26,1; ¶ quibus litteris circiter media ⟨c⟩ nocte ⟨c⟩ Caesar adlatis suos facit certiores eosque ad dimicandum animo confirmat: V 49, 4; ¶ uno enim excepto ... suos quisque habet caros: *ap. Prisc. inst.* VI 36. 82; VII 20 *extr.*; XIII 12; ¶ Sabinus suos hortatus cupientibus signum dat: III 19,2; VII 62,5 *u.* γγ) adesse; non deest negotio Curio suosque hortatur, ut spem omnem in uirtute reponant: 2,41,3; ¶ (inquirere: II 21, 6 *u. p. 2085* cc);) ¶ moderari: VII 75, 1 *u.* discernere; ¶ matres familiae, quae paulo ante ... manus tendebant, suos obtestari ... coeperunt: VII 48,3; ¶ (milites) fidem ... petunt, ne quod in se scelus concepisse neu suos prodidisse uideantur: 1,74,3; ¶ finitimis imperauit, ut ab iniuria et maleficio se suosque prohiberent: II 28,3; ¶ quod ex locis superioribus qui antecesserant suos ascendentes protegebant: 1,79,2; ¶ quaerere: II 21,6 *u. p. 2085* cc); ¶ legationem ad P. Crassum mittunt, si uelit suos recipere ⟨recuperare β⟩, obsides sibi ⟨*om.* β⟩ remittat: III 8,5; ¶ secundiore equitum proelio nostris Caesar suos in castra reduxit: II 9,2; nostri ... capto etiam nobili duce Lugotorige ⟨c⟩ suos incolumes reduxerunt: V 22,2; desperata re hostes suos ab oppugnatione ⟨ab opp. suos β⟩ reduxerunt: V 26,3; Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit: VII 51,4.

ββ) abl.: officium suum praestitisse ... exercitum suum, qui iniuria etiam accepta suisque interfectis quos in sua potestate habuerit conseruarit et texerit: 1,85,2; ¶ Sulla liberatis suis hoc fuit contentus: 3,51,5.

γγ) genet.: haec faciunt recuperandorum suorum causa ⟨causa suorum β⟩: VII 43,3.

δδ) dat.: ipse dux hostium Camulogenus suis aderat atque eos ⟨eosque *a*; eos *om. A*¹⟩ cohortabatur ⟨hortabatur β; cohortatus *BM*⟩: VII 62,5; ¶ contionatusque (Pompeius) apud cunctum exercitum suis agit gratias, Scipionis milites cohortatur, ut: 3,82,1; ¶ dat tuba signum suis Vercingetorix atque ex oppido educit: VII 81,3; dat suis signum ⟨dat s. sign. *del. Paul*⟩ Saburra, aciem constituit: 2,41,2; ¶ Pompeius ... V legiones ⟨c⟩ ab opere deductas ⟨c⟩ subsidio suis duxit: 3,69,1; ¶ crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt: 1,80,1; uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio *et* ... ne occasioni ⟨c⟩ temporis deesset: 3,79,1; — (Petronius) pugnans ... concidit ac suis saluti fuit: VII 50,6; ¶ cum ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent: I 13,5; his persuaderi, ut diutius morarentur neque suis auxilium ferrent, non poterat: II 10,5; si pedites ⟨impedimentis *b*⟩ suis ⟨impedimentis suis *Koch*⟩ auxilium ferant: VII 66, 5; ¶ Caesar ... se .. ad suos recepit suisque imperauit, ne ... telum in hostes reicerent: I 46,2; Sabinus ... iussus arma abicere imperatum facit suisque ut idem faciant imperat: V 37,1; ¶ ii ⟨c⟩, qui in ⟨c⟩ praesidio ... erant relicti, ... subsidio suis ierunt: VII 62,8; ¶ Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio ⟨auxilii *AQ*⟩ misit ⟨mis. auxil. β⟩: IV 37,2; ¶ barbari nuntios ... dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt: IV 34,5; ¶ sed Pompeius suis praedixerat, ut ⟨c⟩ Caesaris impetum exciperent: 3, 92,1; ¶ Caesar, cum ... hostium .. augeri ⟨c⟩ copias uideret, praemetuens suis ad T. Sextium legatum ... misit: VII 49,1; ¶ uterque idem suis renuntiat: 1,66,4; ¶ proinde ac ⟨si *add. Paul*⟩ suis satis facere et fraudata restituere uellent: 3,60,5; ¶ Caesar ... laborantibus iam suis ⟨suos *M*⟩ Germanos equites circiter CCC submittit: VII 13,1; ¶ Afranianos ... sui timoris signa † misisse: quod suis non subuenissent, quod ...: 1,71,3; ¶ Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent et nostrorum equitum impetus sustinerent: VII 80,3; (Massilienses) undique suis laborantibus succurrebant: 2,6,2; ¶ Laelius ... aquam suis supportabat: 3, 100,3.

δδ) genet.; pendet ℵ) ex subst.: et ⟨c⟩ ii ⟨c⟩, qui munitionibus continebantur, et ii ⟨c⟩, qui ad auxilium conuenerant, clamore et ululatu suorum animos confirmabant: VII 80,4; ¶ ii ⟨c⟩, qui Alesiae obsidebantur, praeterita die,

Digitized by Google

qua auxilia suorum ⟨suor. aux. β⟩ exspectauerant, . . . consultabant: VII 77, 1; ¶ conspicati ex oppido caedem et fugam suorum desperata salute copias . . . reducunt: VII 88, 5; ¶ qui (Germani) . . . perterriti et celeritate aduentus nostri et discessu suorum neque consilii ⟨*c*⟩ habendi neque arma capiendi spatio dato perturbantur: IV 14, 2; ¶ ille (Dumnorix) . . . se manu defendere suorumque fidem implorare coepit: V 7, 8; ¶ illa pars equitatus . . . post fugam suorum se . . . in fines Sugambrorum receperat: IV 16, 2; VII 88, 5 *u.* caedem; 3, 71, 2 *u.* terror; ¶ (Galli) id silentio noctis conati non magna iactura suorum sese ⟨*c*⟩ effecturos sperabant ⟨*c*⟩: VII 26, 2; ¶ tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus raros milites . . . traducit (Caesar): VII 45, 7; ¶ (hostes) a dextro cornu uehementer multitudine suorum nostram aciem premebant: I 52, 6; ¶ Morini . . . non ita magno suorum numero circumsteterunt (milites): IV 37, 1; ut quisque primus uenerat, sub muro consistebat suorumque pugnantium numerum augebat: VII 48, 2; (3, 46, 6 *u.* ℬ);) ¶ suorum opibus: 3, 35, 2 *u. p. 2076* opibus; ¶ flentesque proiectae ad pedes suorum (matres familiae) omnibus precibus petierunt ⟨*c*⟩, ne: VII 26, 3; ¶ Caesar receptui suorum timens crates . . . proferri . . . iussit: 3, 46, 1; ¶ (Germani ab dextro latere summum iugum ⟨suorum subsidium *Paul*⟩ nacti ⟨*c*⟩ hostes loco depellunt: VII 67, 5;) ¶ pars magna in fossis . . . oppressa suorum in ⟨*om. V.*⟩ terrore ac fuga sine ullo uulnere interiit ⟨*c*⟩: 3, 71, 2; ¶ si quis a domino prehenderetur, consensu militum eripiebatur, qui uim suorum, quod in simili culpa uersabantur, ipsi pro suo periculo defendebant: 3, 110, 4; ¶ Caesar in eam spem uenerat se sine pugna et sine uulnere suorum rem conficere posse: 1, 72, 1.

ℬ) ex numeral.: nostri . . . V omnino ⟨ex omni numero *Paul*⟩ suorum amissis quietissime *se* receperunt: 3, 46, 6.

εε) e. praep.; ℵ) ab: (Massilienses) memores eorum praeceptorum, quae paulo ante ab suis acceperant, hoc animo decertabant, ut: 2, 6, 1; ¶ sese idcirco ab suis discedere atque ad eum uenire noluisse, quo facilius . . . contineret: V 3, 6.

ℶ) ad; pendet a) ex uerbis: re nuntiata ⟨renuntiata *Paul*⟩ ad suos ⟨illi se *add.* β⟩ quae imperarentur facere dixerunt: II 32, 3; ¶ haec Afranius Petreiusque et eorum amici . . . Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; ¶ cum se illi (hostes) identidem in siluas ad suos reciperent: II 19, 5; *u. praeterea* **recipio** *p. 1630 sq. (5 (6) loc.);* ¶ cum (Vercingetorix) ad suos redisset: VII 20, 1; ¶ legati haec se ad suos ⟨ad suos *om. l*¹⟩ relaturos dixerunt: IV 9, 1; ¶ equites hostium . . . admissis ⟨*c*⟩ equis ad suos refugerunt: 2, 34, 3; ¶ renuntiare: II 32, 3 *u.* nuntiare; ¶ Caesar Brundisium ad suos seuerius scripsit: 3, 25, 4.

b) ex subst.: ut, si illi . . . premantur, expeditum ad suos receptum habeant: IV 33, 2.

ℭ) apud: dicitur eo tempore glorians apud suos Pompeius dixisse: non recusare se, quin . . .: 3, 45, 6; ¶ tunc Caesar apud suos, cum iam esset agmen in portis, Differendum est, inquit, iter: 3, 85, 4.

𝔇) cum: cum (Domitius) . . . multum . . cum suis consiliandi causa secreto . . . conloqueretur: 1, 19, 2; ¶ sic cum suis fugientibus permixti . . . ab equitatu sunt interfecti: VII 62, 9.

𝔈) ex: legatum ex ⟨β; e α; *edd.*⟩ suis ⟨e suis *del. Vielh.*⟩ sese magno cum periculo ad eum missurum . . . existimabat: I 47, 3; ¶ qui (Cimbri Teutonique) . . . custodiam ⟨custodiae $B^1\beta$⟩ ex suis ac praesidium ⟨praesidio $B^2\beta$⟩ sex milia hominum una reliquerunt: II 29, 4; ¶¶ aliquem ex ⟨*c*⟩ suis: I 47, 1 *u. p. 2078* ℬ) a) legati; cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret ⟨O^1; mitteret Nz⟩? 1, 72, 2; — cupidius insecuti (nostri) non nullos ex suis amiserunt: V 15, 2; — nostri . . . longius . . . secuti paucos ex suis deperdiderunt: III 28, 4; — duobusque milibus hominum armatis, quos partim ⟨*o*⟩ ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus coegerat, quos[que] ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium peruenit: 3, 103, 1.

ℑ) in suos: (Lisco,) qui summo magistratui praeerat ⟨*c*⟩, . . . qui . . . uitae necisque in suos habet potestatem: I 16, 5.

ℌ) inter: principes . . . pagorum inter suos ius dicunt: VI 23, 5; — L. Fabius, . . . quem inter suos eo die dixisse constabat excitari se . . .: VII 47, 7; ¶ qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: VI 21, 4; ¶ seque alterum fore Sullam (Lentulus) inter suos gloriatur: 1, 4, 2; ¶ is primum inter suos queri atque indignari coepit regem ad causam dicendam euocari: 3, 108, 1; ¶¶ suos enim quisque opprimi et circumueniri non patitur,

Digitized by Google

neque, aliter si faciat ⟨*c*⟩, ullam inter suos ⟨int. suos ullam *a*⟩ habet auctoritatem: VI 11, 4; — Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido *praeerat, . . . nuntium . . . mittit: II 6, 4.

ℌ) per: celeriter confecto per suos dilectu . . . docuit, quid populi Romani . . . opes possent: VI 1, 4; — quorum alter accepto uulnere † occupatus per suos pro occiso sublatus, alter ⟨acc. uuln. occ. p. s. p. o. subl., alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5.

β) **pertinet ad alium casum eiusdem enuntiati;** αα) **acc.:** Titurius, cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset, . . . mittit: V 36, 1; ¶ ut obsesso Scipione necessario illum suis auxilium ferre cogeret: 3, 78, 4; ¶ (hunc incitatum *a* suis: 3, 108, 2 *u. p. 2085* bb) pollicitationibus;) — quos ille . . . excepit, . . . ut procul in uia dispositis familiaribus suis principibusque ciuitatum disparandos deducendosque ad suos curaret: VII 28, 6; — his pugnantibus illum in equum quidam ex suis intulit ⟨impulit β⟩: VI 30, 4.

ββ) **genet.:** praeoccupatus animus Attianorum militum timore ⟨*c*⟩ et fuga et caede suorum nihil de resistendo cogitabat: 2, 34, 6; ¶ magni interesse arbitrabatur (Caesar) eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere, cuius tam egregiam in se uoluntatem perspexisset: V 4, 3.

γ) **pertinet ad subiectum eius enuntiati, ex quo pendet alterum enuntiatum (in oratione obl. ad eum, qui uerba facit);** αα) **subiect.;** ℜ) **acc.:** interiores . . . prius suos discessisse cognouerunt, quam munitionibus adpropinquarent: VII 82, 3. 4; ¶ cum suos pugna ⟨*c*⟩ superiores esse Galli ⟨galli superiores β⟩ confiderent et nostros multitudine premi uiderent: VII 80, 4; ¶ huc tota Vari conuersa acies suos fugere et concidi uidebat: 2, 34, 3; milites, cum ex uallo Pompeium adesse et suos fugere cernerent, . . . sibi consulebant: 3, 69, 4; ¶ pugnare: II 8, 4 *u.* ββ) circumuenire; ¶ (hostes) interea suos remigrare in agros ⟨in agr. rem. β⟩ iusserunt: IV 27, 7; ¶ cum (Caesar) paulo longius a castris processisset, suos ab hostibus premi atque aegre sustinere . . . animaduertit: IV 32, 3; ¶ magno coorto imbri ⟨*c*⟩ non inutilem hanc . . . tempestatem arbitratus est ⟨est *om.* β; *Schn.*⟩ . . . suosque ⟨suos quoque β; *Schn.*⟩ languidius in opere uersari iussit: VII 27, 1.

ℜ) **a suis e. pass.:** Caesar cognouit et montem a suis teneri et Heluetios castra mouisse: I 22, 4.

ββ) **obiect.:** Caesar . . . tormenta conlocauit, ne . . . hostes . . . ab lateribus pugnantes suos circumuenire possent: II 8, 4; suos enim quisque opprimi et circumueniri non patitur: VI 11, 4; ¶ concidi: 2, 34, 3 *u.* αα) ℜ) fugere; ¶ quibus rebus et hostes terreri et suos incitari existimauerunt: 3, 92, 3; ¶ cum (Germani) suos interfici uiderent: IV 15, 1; ¶ opprimi: VI 11, 4 *u.* circumueniri; ¶ premi: IV 32, 3 *u.* αα) ℜ) sustinere; ¶ ubi suos urgeri signisque . . . conlatis . . . milites sibi ipsos . . . esse impedimento uidit: II 25, 1; ¶ Caesar cum suos ex omnibus partibus uulnerari uideret, recipere se iussit: 3, 45, 4.

γγ) **dat.:** oppida incendi oportere, quae non munitione et loci natura ab omni sint periculo tuta, ne ⟨β; neu α; *edd.*⟩ suis sint ad detrectandam militiam receptacula, neu Romanis proposita ad copiam commeatus . . . tollendam ⟨*CC*⟩: VII 14, 9.

δδ) **genet.:** neque ullum fere diem intermittebat, quin equestri proelio . . . quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨*c*⟩: VII 36, 4.

εε) **c. praep.:** id tulit ⟨*o*⟩ factum grauiter Indutiomarus suam gratiam inter suos minui: V 4, 4.

δ) **pertinet ad adiectiuum:** quo facto regem ut in sua potestate haberet Caesar *effecit magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans: 3, 109, 6.

b) **additur adiectiuum (numeral.):** (suos incolumes: V 22, 2 *u. p. 2095* ℜ) reducere;) ¶ sui omnes *u.* **omnis** *p. 926* ββ) ℜ) *(14 (16) loc.)*; ¶ eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus (Pompeius) nocturno itinere . . . ad mare peruenit: 3, 96, 4; nauiculam paruulam (Pompeius) conscendit cum paucis suis: 3, 104, 3.

B. **neutr.;** a) **sing.:** populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui ⟨B^{1}β; suis α⟩ nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse: I 43, 8; — militibusque suis commendauit, ne qui eorum uiolaretur neu quid sui desiderarent: 3, 98, 2.

b) **plural.;** α) **non additur adiect.:** cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset ⟨*c*⟩, quid . . . relinquere cogeretur: V 31, 4; — illi (Menapii) . . . in siluas paludesque confugiunt suaque eodem conferunt: VI 5, 7; — Haedui cum se sua-

Digitized by Google

que ab iis ⟨*c*⟩ defendere non possent, legatos . . . mittunt: I 11, 2.

β) additur adiect.: sua omnia *u.* **omnis** *p. 926 sq.* **3)** *(12 loc.).*

[**Falso:** una ex parte a Suebis ⟨suis β⟩ circiter milia passuum sescenta ⟨*c*⟩ agri uacare dicuntur: IV 3, 2; commutata omnium . . . opinione consensu † suo constituit Curio . . . proelio rem committere: 2, 33, 3; parentes suos commendabant, si quos ex eo ⟨suo *af*⟩ periculo fortuna seruare potuisset: 2, 41, 8.]

Sygambri *u.* **Sugambri.**

Sylla *u.* **Sulla.**

syngrapha: quid ergo? syngraphae non sunt, sed ⟨non sunt? Sed *Np.*⟩ res aliena est: *p. Bithynis ap. Iul. Rufinian.* § 8 *(rhet. lat. min. ed. Halm p.* 40*)*.

Syria: quas (legiones) ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque (Pompeius) conuerterat: 1, 4, 5; Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia: 1, 6, 5; Pompeius . . . magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phoenice, Aegypto classem coegerat: 3, 3, 1; magnam imperatam Asiae, Syriae ⟨siriae *a*⟩ regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat (Pompeius): 3, 3, 2; praeter has exspectabat cum Scipione ex Syria ⟨sir. *a*⟩ legiones II: 3, 4, 3; sagittarios Creta, Lacedaemone, ex Ponto atque Syria ⟨ex syria *h*⟩ reliquisque ciuitatibus III *milia* numero habebat: 3, 4, 3; CC (equites) ex Syria a Commageno Antiocho, cui magna Pompeius praemia tribuit, missi erant, in his ⟨tribuit. Missi erant in his *Ox*⟩ plerique hippotoxotae: 3, 4, 5; finitimis hostibus Parthis post se relictis . . . legiones equitesque ex Syria ⟨sir. *a*; ex Syria *om. f*⟩ deduxerat (Scipio): 3, 31, 3; ciuibus Romanis . . . pecuniae imperabantur, mutuasque illas ⟨*c*⟩ ex senatus ⟨*c*⟩ consulto exigi dictitabant; publicanis, ut in Syria ⟨*Steph.*; in sorte *Ox*⟩ fecerant, insequentis anni uectigal promutuum: 3, 32, 6; Pompeius deposito adeundae Syriae consilio . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; in hoc erant numero complures Pompei milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria ⟨syriam *Nx*⟩ Gabinius ⟨*c*⟩ Alexandriam traduxerat: 3, 103, 5; eodemque die Antiochiae in Syria ⟨siria *a*⟩ bis tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, ut in muris armata ciuitas discurreret: 3, 105, 3.

huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3.

Syriacus: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat: 3, 88, 1; ¶ praeerat . . . nauibus . . . Syriacis C. Cassius: 3, 5, 3.

Syrus (-i): isdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum ⟨syriorum *Of*⟩ et Phoenicum et Cilicum in Siciliam uenit: 3, 101, 1.

T

T. = Titus. *Si fides habenda est editoribus, hoc praenomen omnibus fere locis in codicibus plene scriptum est.* T. *uidetur inueniri in αh (omissum est in a¹)* I 10, 3 *(quo loco in f exstat* titum*)*; *praeterea* T. *exstat in f* III 7, 4 (T. Silio), *in l* V 24, 2, *in fl* VI 1, 1; *etiam* 1, 46, 5 *in a (x?) uidetur scriptum esse* T. — 3, 105, 1 *Np. scripsit* T., *Db.* Titum *nullo librorum dissensu indicato.* — I 21, 2 *Holder errore uidetur scripsisse* T., *cum in ABfl reperiri* Titum *constet.* — *In α plene scriptum, in β omissum est* II 11, 3 *et* VII 90, 4; *item omissum est in hl* II 26, 4.

Additur praenomen T. *his nominibus:* Ampius ⟨apius *af*⟩: 3, 105, 1; Baluentius ⟨uentius β⟩: V 35, 6; Caecilius: 1, 46, 5; Labienus: I 10, 3; 21, 2; II 11, 3 ⟨*c*⟩; 26, 4; III 11, 1; IV 38, 1; V 24, 2; 37, 7; VI 33, 1; VII 90, 4 ⟨*c*⟩; 3, 19, 5; Pulio ⟨pullo *X*⟩: V 44, 1; 3, 67, 5 ⟨puleio *Nfhl*⟩; Sextius: VI 1, 1; VII 49, 1; 51, 2; 90, 6; Silius ⟨sillius *X*⟩: III 7, 4; Terrasidius: III 7, 4.

tabella: L. Domitius in consilio dixit placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad iudicandum iis ⟨*c*⟩, qui ordinis essent senatorii belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent ⟨ferri *Paul*⟩, qui Romae remansissent quique intra praesidia Pompei fuissent neque operam in re militari praestitissent: unam fore tabellam, qua ⟨*Paul ter*; qui *ter x*; *edd.*; quos *RMenge*; *Hell.*; in *add. hl*⟩ liberandos omni periculo censerent, alteram, *qua capitis damnarent, tertiam, *qua pecunia ⟨*c*⟩ multarent: 3, 83, 3. 4.

tabernaculum. A. obl.: in castris Pompei uidere licuit . . . recentibus caespitibus tabernacula constrata; L. etiam Lentuli et non nullorum tabernacula protecta hedera: 3, 96, 1; ¶ ubi Caesaris castra posita tabernaculaque constituta et dimissos equites . . . animum aduerterunt, sese subito proripiunt: 1, 80, 3; ¶ signo iam profectionis dato tabernaculisque detensis ⟨detentis *hpr.*⟩ animum ⟨*c*⟩ aduersum

Digitized by Google

est . . .: 3, 85, 3; ¶ protegere: 3, 96, 1 *u.* consternere; ¶ Varus . . . terrore exercitus cognito bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis ⟨-li *x*⟩ relictis . . . exercitum in oppidum reducit: 2, 35, 7; ¶ eo die tabernacula statui passus non est, quo paratiores essent ad insequendum omnes: 1, 81, 2.

B. c. praep.; **a)** ex: hic . . . inermis ex tabernaculo prodit: VI 38, 2.

b) in c. abl.: hi . . . abditi in tabernaculis aut suum fatum ⟨*c*⟩ querebantur aut: I 39, 4; ¶ ut Teutomatus ⟨*c*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut meridie conquieuerat, . . . uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46, 5.

tabula. **A.** = index: in castris Heluetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae ⟨conscriptae *Bentl.*⟩ et ad Caesarem relatae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset: I 29, 1.

B. = exemplum: tabulae testamenti unae ⟨una *a*⟩ per legatos eius Romam ⟨romae *x*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur — hae, cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae — alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur: 3, 108, 4.

C. tabulae nouae: (Caelius) sublata priore lege duas promulgauit: unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit, aliam ⟨alteram *Faern.*⟩ tabularum nouarum: 3, 21, 1; — hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere ⟨*c*⟩ bella et ciuiles dissensiones sequi consueuit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit: 3, 1, 3.

tabulatio: centonesque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis immissa ⟨missa *Ohl*⟩ tabulationem ⟨tribulationem *af*; tabulatum *Paul*⟩ perfringerent aut saxa ex catapultis latericium discuterent: 2, 9, 3.

tabulatum. **A.** obl.: ita tuto ac sine ullo uulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt: 2, 9, 8; ¶ perfringere: 2, 9, 3 *u.* **tabulatio.**

B. genet.: in extremo ponte turrim ⟨*c*⟩ tabulatorum quattuor constituit: VI 29, 3; — in quarta quaque earum (ratium) turres binorum tabulatorum excitabat: 1, 25, 10.

C. abl. (c. praep. *l*): ibi turres cum ternis ⟨turres quaternis *Paul*⟩ tabulatis erigebat easque multis tormentis et omni genere telorum completas ad opera Caesaris adpellebat ⟨*c*⟩: 1, 26, 1.

taceo. **A.** intrans.: quin etiam quod necessariam ⟨*CC*⟩ rem coactus Caesari enuntiarit, intellegere sese, quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quam diu potuerit tacuisse: I 17, 6.

B. transit.: tum demum Liscus . . . quod antea tacuerat proponit: I 17, 1.

tacitus: nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere ⟨-sere *AB*^{a} *af*⟩: I 32, 3.

taeda: Cassius . . . magno uento et secundo completas onerarias naues ⟨et *add. a*^{1}⟩ taeda et pice et stuppa reliquisque rebus, quae sunt ⁺aptae ad incendia, in Pomponianam classem immisit: 3, 101, 2; — cupas taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum deuoluunt: 2, 11, 2.

taeter: cognoscebant . . . uti . . ipsos ualetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine ⟨non bona . . . multitudine *om. af*⟩ cadauerum . . ., tum . . .: 3, 49, 3.

talea: ante haec taleae ⟨taliae *ABcorr. Mf; Hold.*; talie *Ohl*; talae *Bpr.*; talee *a*^{1}⟩ pedem longae ferreis hamis infixis ⟨β; infixae α*l*⟩ totae in terram infodiebantur mediocribusque ⟨effodiebantur. mediocribus β⟩ intermissis spatiis omnibus locis disserebantur; quos stimulos nominabant: VII 73, 9; ¶ (Britanni) utuntur aut aere aut nummo aureo ⟨aereo β; *Schn.*⟩ aut taleis ⟨*af*; aliis α*hl*; au taliis *Hold.*⟩ ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo ⟨pro nummo *om.* β; *u. CC*⟩: V 12, 4.

talis. **A.** = τοιοῦτος: primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae totidem . . . subsequebantur; sagittarii funditoresque media continebantur acie, equitatus latera cingebat. tali ⟨modo *add. Paul*⟩ instructa acie tenere uterque propositum uidebatur: 1, 83, 3; ¶ tali modo *u.* **modus** *p. 629* β) *(4 loc.)*; 1, 83, 3 *u.* acies; ¶ milites uero palam inter se loquebantur, quoniam talis occasio (*cf.* 1, 71) uictoriae dimitteretur, etiam cum uellet Caesar, sese non esse pugnaturos: 1, 72, 4; ¶ nec fuit spatium tali tempore *(cf.* 39, 3*)* ad contrahenda castra: VII 40, 2; — tali (*cf.* § 6—8) timore ⟨tempore β⟩ omnibus perterritis confirmatur ⟨*c*⟩ opinio barbaris . . . nullum esse intus praesidium: VI 37, 9.

B. = τοσοῦτος, tantus, tam grauis: ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore (*cf.* V 26—38) stirps ac nomen ciuitatis

Digitized by Google

tollatur: VI 34, 8; ¶ haec Afranius Petreiusque . . . uberiora Romam ad suos perscribebant. multa rumor ⟨*c*⟩ adfingebat ⟨*c*⟩, ut paene bellum confectum uideretur. quibus litteris nuntiisque Romam perlatis . . . multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne . . . uiderentur: 1, 53, 3; ¶ occasio: 1, 72, 4 *u.* A.; ¶ timor: VI 37, 9 *ib.*

tam. A. pertinet ad ea, quae antecedunt; a) c. adiectiuis: magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere, cuius tam egregiam (*cf.* V 3, 3) in se uoluntatem perspexisset: V 4, 3; ¶ (tamen tot ⟨tam multis β⟩ incommodis (*cf.* V 32—35, 4) conflictati multis uulneribus acceptis resistebant: V 35, 5;) ¶ hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne itinere aut traiectu intercluderetur: tanta ac tam secunda in Caesarem uoluntas prouinciae reperiebatur: 2, 20, 1.

b) c. aduerb.: quod, cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur, comminus tam diu (*cf.* 1, 43, 5—46) stetissent et nostrorum impetum sustinuissent: 1, 47, 2; ¶ quod sua uictoria tam insolenter (*cf.* I 13, 4) gloriarentur quodque tam diu ⟨tandiu *a*⟩ se impune iniurias **in*tulisse admirarentur, eodem pertinere: I 14, 4.

B. pertinet ad rem notam, uel idem ualet quod maxime; a) c. adiect.: ne tanta et tam coniuncta populo Romano ciuitas, quam ipse semper . . . ornasset, ad uim atque arma descenderet ⟨*c*⟩: VII 33, 1; ¶ neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum praesertim fugientem atque impeditam adoriri non audeant: VI 8, 1; ¶ (tam . . . magna: 1, 52, 3 *u.* paucis;) ¶ eos accusat, quod, cum neque emi neque ex agris sumi (frumentum) *possit, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis ⟨*c*⟩ non subleuetur: I 16, 6; ¶ (†et tam ⟨ita (*pro* et tam) *Paul*⟩ paucis diebus magna erat rerum facta commutatio ac ⟨*c*⟩ se fortuna inclinauerat, ut: 1, 52, 3;) ¶ iam animo uictoriam praecipiebant, quod de re tanta et a ⟨re tam certa a *Paul*⟩ tam perito imperatore nihil frustra confirmari uidebatur: 3, 87, 7; ¶ ut celeriter perrumpant censent, quoniam tam propinqua sint castra: VI 40, 2; I, 16, 6 *u.* necessarius.

b) c. aduerb.: tam diu: I 14, 4 *u.* A. b) insolenter; ¶ cum uideret Germanos tam facile impelli, ut ⟨*c*⟩ in Galliam uenirent: IV 16, 1; ¶ cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret? I 40, 2.

C. pertinet ad ea, quae sequuntur; sequitur a) qui: neque uero ⟨*Faern.*; eo *x*⟩ tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieuerit: 1, 21, 5.

b) quin: nemo est tam ⟨tam β; *om.* α; tam est *Fr.*⟩ fortis, quin rei nouitate perturbetur ⟨*u. CC*⟩: VI 39, 3.

c) ut: quod fratres ⟨*c*⟩ Haeduos appellatos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque . . .: I 44, 9; — ad eum peruenit, tam oportuno tempore, ut simul Domitiani exercitus puluis cerneretur et primi antecursores Scipionis uiderentur: 3, 36, 8; — temporis tanta fuit exiguitas hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad insignia adcommodanda, sed etiam ad galeas induendas ⟨*c*⟩ scutisque tegimenta detrahenda ⟨*c*⟩ tempus defuerit: II 21, 5.

[Falso: sua . . . beneficia commemorauit ⟨*c*⟩, quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera amplissima ⟨tam amplissima B^2β; amplissime α; *edd.*⟩ missa: I 43, 4; quod legionem neque eam ⟨β; tam α⟩ plenissimam . . . propter paucitatem despiciebant: III 2, 3; naues . . . incendit, quod † tam late ⟨naualia *Paul*⟩ tueri parua manu non poterat: 3, 111, 6; tu quoque tu in summis, o ⟨*Steph.*; tu in summisso *A*; tam submisso *DEZ*; non tam summisso *BCFG*⟩ dimidiate Menander, poneris: *ap. Suet. uita Terent.* 5.]

tamen. A. ui aduersatiua; a) antecedit coniunctio concessiua; α) cum: cum ea ita sint, tamen, si obsides ab ils ⟨*c*⟩ sibi dentur, . . . sese cum iis ⟨*c*⟩ pacem esse facturum: I 14, 6; hos cum Suebi multis saepe bellis experti propter amplitudinem . . . finibus expellere non potuissent, tamen uectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt: IV 3, 4; his tot rebus impedita oppugnatione milites, cum toto tempore frigore ⟨*c*⟩ et adsiduis imbribus tardarentur ⟨*c*⟩, tamen continenti labore omnia haec superauerunt et diebus XXV aggerem . . . altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 24, 1; ab sinistro, . . . cum primi ordines hostium transfixi pilis ⟨*c*⟩ concidissent, tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugae quisquam: VII 62, 4; cum Furnium nostrum tantum uidissem neque loqui neque audire meo commodo potuissem, properarem atque essem in itinere praemissis iam legionibus, praeterire tamen non potui,

Digitized by Google

quin et scriberem ad te et illum mitterem gratiasque agerem; etsi hoc et feci . . . : *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*.

β) etsi *u.* **etsi 1. A. a)** *p. 1150—1152 (30 (31) loc.)*.

γ) si: ut, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his deducto exercitu rerum omnium inopia pereundum uideretur: VI 43, 3; cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem ⟨*tot. hoc enunt. om.* β⟩: VII 77, 13; ut, si peracto consulatu ⟨*c*⟩ Caesaris non ⟨*c*⟩ profectus ⟨*c*⟩ esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus uideretur: 1, 11, 2.

δ) tametsi: quae tametsi ⟨tamen etsi *f*⟩ Caesar intellegebat, tamen quam mitissime potest legatos appellat: VII 43, 4; ¶ nostri tametsi ⟨tamen etsi β⟩ ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem ⟨*o*⟩ salutis in uirtute ponebant ⟨*u. CC*⟩: V 34, 2; ac tametsi dextris umeris exsertis animaduertebantur, quod insigne † pacatum esse consuerat, tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant: VII 50, 2; ac tametsi magnopere admirabatur Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti, atque ea res saepe temptata etsi impetus eius consiliaque tardabat, tamen omnibus rebus ⟨*CC*⟩ in eo perseuerandum putabat: 1, 26, 2; ¶ nam et peruenit prius quam Pompeius sentire posset et tametsi ⟨etiam etsi *af*⟩ erant munitiones castrorum magnae, tamen ⟨in *add. f*⟩ sinistro cornu . . . celeriter adgressus Pompeianos ex uallo deturbauit: 3, 67, 4; ¶¶ intellegere sese, tametsi ⟨*AQB*²*a*; iam et si *B*¹*Mh*⟩ pro ueteribus Heluetiorum iniuriis . . . poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse: I 30, 2.

ε) ut: ac iam ut omnia contra opinionem acciderent ⟨acciderant *ABM*; accederent ζ⟩, tamen ⟨*om. f*⟩ se plurimum nauibus posse . . .: III 9, 6.

b) antecedit participium ui concessiua; α) particip. coniunctum: se in praetorium contulit summae rei diffidens et tamen euentum expectans: 3, 94, 7; ¶ nostri usi fortunae beneficio tamen impetum classis timebant, si forte uentus remisisset: 3, 26, 4; ¶ Adiatunnus ⟨*e*⟩ eruptionem facere conatus . . . repulsus in oppidum tamen uti eadem deditionis condicione uteretur a ⟨*c*⟩ Crasso impetrauit: III 22, 4; summa imperii traditur Camulogeno Aulerco, qui prope confectus aetate tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem euocatus ⟨*CC*⟩: VII 57, 3.

β) abl. abs.: armorum magna multitudine de muro in fossam . . . iacta, sic ut . . . adaequarent ⟨*c*⟩, et tamen circiter parte tertia . . . celata atque in oppido retenta . . . pace sunt usi: II 32, 4; turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat: III 14, 4; summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu . . . nulla tamen uox est ab iis ⟨ex iis uox est β⟩ audita populi Romani maiestate . . . indigna: VII 17, 3; at ⟨*c*⟩ reliquarum legionum milites non exaudito ⟨audito β⟩ sono tubae, quod satis magna ⟨*c*⟩ ualles intercedebat ⟨*c*⟩, tamen a ⟨*c*⟩ tribunis militum legatisque, ut erat a Caesare praeceptum, retinebantur: VII 47, 2; Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse: 1, 7, 3.

c) antecedit enuntiatum primarium ui concessiua; α) particulae tamen neque alia particula additur neque pronomen relatiuum: Caesar . . . concedendum non putabat . . . . tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites . . . conuenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 6; scire se illa esse uera ⟨*o*⟩, nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere, propterea quod . . . per se creuisset, quibus opibus ac neruis . . . paene ad perniciem suam uteretur. sese tamen et amore fraterno et existimatione uulgi commoueri: I 20, 3; Caesar primo . . . proelio supersedere statuit, cotidie tamen equestribus proeliis quid hostis uirtute posset et quid nostri auderent periclitabatur ⟨sollicitationibus exquirebat *B*²β⟩: II 8, 2; huius ⟨*c*⟩ modi sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus, quibus eo peruenissent, ad salutem contenderent. maiori tamen parti placuit hoc reseruato ⟨*c*⟩ ad extremum **casum* consilio interim rei euentum experiri et castra defendere: III 3, 4; qui (Vsipetes et Tencteri) complures ⟨*c*⟩ annos Sueborum uim sustinuerunt, ad extremum tamen agris expulsi et . . . triennium uagati ad Rhenum peruenerunt: IV 4, 2; Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant, quod Germanorum consuetudo haec ⟨*c*⟩ sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant resistere neque deprecari. haec tamen dicere: uenisse inuitos, eiectos domo . . .: IV 7, 3; haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur. ut . . . equites eorum . . . reuerterentur: tamen sese non longius milibus passuum quattuor aqua-

Digitized by Google

tionis causa processurum eo die dixit . . .: IV 11, 4; pugnatum est ab utrisque acriter. nostri tamen, quod neque ordines seruare neque firmiter insistere . . . poterant . . ., magnopere perturbabantur ⟨-turbantur α⟩: IV 26, 1; leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi uoluptatisque ⟨c⟩ causa: V 12, 6; locum reperit ⟨c⟩ egregie natura atque opere munitum; tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit: V 21, 4; tum demum Titurius, qui ⟨c⟩ nihil ante prouidisset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ⟨c⟩ ut eum ⟨c⟩ omnia deficere uiderentur: V 33, 1; cum in eum locum, unde erant egressi ⟨c⟩, reuerti coeperant, . . . circumueniebantur; sin autem locum tenere uellent, nec uirtuti locus relinquebatur neque ab tanta multitudine coniecta tela conferti ⟨c⟩ uitare ⟨c⟩ poterant. tamen tot ⟨c⟩ incommodis conflictati multis uulneribus acceptis resistebant et . . . nihil, quod ipsis esset indignum, committebant: V 35, 5; omnem esse in armis Galliam ⟨o⟩; . . . Caesaris reliquorumque hiberna oppugnari . . . . errare eos dicunt, si quicquam ab his ⟨c⟩ praesidii sperent, qui suis rebus diffidant. sese tamen hoc esse in Ciceronem ⟨c⟩ populumque ⟨c⟩ Romanum animo, ut . . .: V 41, 5; at Caesar principibus cuiusque ciuitatis ad se euocatis ⟨c⟩ . . . magnam partem Galliae ⟨c⟩ in officio tenuit. tamen Senones . . . Cauarinum . . . interficere publico consilio conati, cum ille . . . profugisset, usque ad fines insecuti regno domoque expulerunt et . . .: V 54, 2; aduentu Caesaris facta commutatione rerum, obsidibus Haeduis redditis, ueteribus ⟨o⟩ clientelis restitutis . . . Sequani principatum dimiserant. in eorum locum Remi successerant; . . . eo tamen ⟨*Paul*; tum *X*; *edd.*⟩ statu res erat, ut longe principes haberentur ⟨o⟩ Haedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent: VI 12, 9; magnam haec res Caesari difficultatem ad consilium capiendum adferebat, si . . . legiones contineret, ne stipendiariis Haeduorum expugnatis cuncta Gallia deficeret . . ., si maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria . . . laboraret. praestare uisum est tamen omnes difficultates perpeti quam . . . omnium suorum uoluntates alienare: VII 10, 2; eruptio fiebat. alii faces atque aridam materiem ⟨c⟩ de muro in aggerem eminus iaciebant, picem reliquasque ⟨c⟩ res, quibus ignis excitari potest, fundebant, ut . . . cui rei ferretur auxilium uix ratio iniri posset. tamen, quod instituto Caesaris semper ⟨o⟩ duae legiones . . . excubabant ⟨c⟩ pluresque . . . erant in opere, celeriter factum est, ut alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent . . .: VII 24, 5; sibi numquam placuisse Auaricum defendi . . ., sed factum imprudentia Biturigum . . ., uti hoc incommodum acciperetur. id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum ⟨sarturum *coni. Schn.*⟩: VII 29. 5; erat e regione oppidi collis . . .; quem si tenerent nostri, et aquae magna parte et pabulatione libera prohibituri hostes uidebantur. sed is locus praesidio ab his non † nimis firmo ⟨non infirmo *Zucker*⟩ tenebatur. tamen silentio ⟨non nimis tamen firmo tenebatur. silentio *Hotom.*; *u. CC*⟩ noctis Caesar ex castris egressus . . . deiecto ⟨c⟩ praesidio potitus loco duas ibi legiones conlocauit: VII 36, 7; ex his Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨o⟩, quod se suo nomine . . . bellum gesturos ⟨c⟩ dicerent ⟨c⟩ . . .; rogati tamen a ⟨c⟩ Commio pro eius hospitio duo milia ⟨c⟩ miserunt: VII 75, 5; ciuitatem eius (Commii) immunem esse (Caesar) iusserat, iura legesque reddiderat atque ipsi Morinos attribuerat. tamen tanta ⟨tanta tamen β⟩ uniuersae Galliae consensio fuit libertatis uindicandae et pristinae belli laudis recuperandae, ut neque beneficiis neque amicitiae memoria *moueretur omnesque et animo et opibus in id bellum incumberent: VII 76, 2; constituunt, ut . . . omnia prius experiantur ⟨c⟩ quam ad ⟨c⟩ Critognati sententiam ⟨c⟩ descendant ⟨c⟩; illo tamen ⟨β; tamen tempore α⟩ potius utendum consilio, si res cogat . . ., quam aut ⟨c⟩ deditionis aut ⟨c⟩ pacis subeundam condicionem: VII 78, 2; doluisse se, quod . . . in urbem retraheretur, cuius absentis rationem haberi proximis comitiis populus iussisset. tamen hanc iacturam honoris sui rei publicae causa aequo animo tulisse: 1, 9, 3; ab his primo Marsi dissentire incipiunt . . . tantaque inter eos dissensio exsistit, ut manum conserere . . . conentur; post paulo tamen internuntiis ultro citroque missis quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt. itaque . . .: 1, 20, 4; hoc pugnabatur loco et propter angustias iniquo et quod sub ipsis radicibus montis constiterant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur. tamen uirtute et patientia nitebantur atque omnia uulnera sustinebant: 1, 45, 6; ad hos opprimendos . . . Afranius de nocte proficiscitur imprudentesque ante missis equitibus adgreditur. celeriter sese tamen Galli equites expediunt proeliumque committunt: 1, 51, 4; hoc pugnae tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum: nacti enim spatium se . . . receperunt. desiderati sunt . . . equites pauci, calonum atque *iumentorum non magnus numerus. his

tamen ⟨tum *Nicas. Ellebodius*⟩ omnibus **rebus* annona creuit: 1,52,1; pauci ⟨*e*⟩ ex his militibus ablati ⟨*e*⟩ flumine ab equitatu excipiuntur ac subleuantur; interit tamen nemo: 1,64,7; erat in celeritate omne positum certamen . . .; sed exercitum Caesaris uiarum difficultates tardabant, Afranii copias equitatus Caesaris insequens morabatur. res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta ⟨*e*⟩, ut, si priores montes . . . attigissent, ipsi periculum uitarent, impedimenta . . . seruare non possent: 1,70,2; his eos suppliciis ⟨*e*⟩ male ⟨*e*⟩ haberi ⟨*e*⟩ Caesar et ⟨*e*⟩ necessariam subire deditionem quam proelio decertare malebat. conatur tamen eos uallo fossaque circummunire: 1,81,5; tali instructa acie tenere uterque propositum uidebatur: Caesar, *ne* nisi coactus proelium committeret ⟨*e*⟩, ille, ut opera Caesaris impediret. producitur tum ⟨*Np.; tamen Ox; Paul*⟩ res, aciesque ad solis occasum continentur; inde utrique in castra discedunt: 1,83,3; erant per se magna quae gesserant equites. . . . haec tamen ab ipsis inflatius commemorabantur: 2,39,4; praerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, Asiaticis D. Laelius et C. Triarius, Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio ⟨*e*⟩, Liburnicae atque Achaicae classi ⟨*e*⟩ Scribonius Libo et M. Octauius; toti tamen officio maritimo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat: 3,5,4; quorum mediam ⟨*e*⟩ orationem ⟨*e*⟩ interrumpunt subito undique tela immissa; quae ille obtectus armis militum uitauit. uulnerantur tamen complures, in his Cornelius Balbus, M. Plotius, L. Tiburtius, centuriones: 3,19,6; illos secreto castigauit, quod quaestui equites haberent, monuitque, ut ex sua amicitia omnia exspectarent et ex praeteritis suis officiis reliqua sperarent. magnam tamen haec res illis offensionem et contemptionem ad omnes attulit: 3,60,2; aciemque instruxit primo ⟨*e*⟩ suis locis . . ., continentibus uero diebus, ut . . . collibus . . Pompeianis aciem subiceret. quae res in dies confirmatiorem eius exercitum efficiebat. superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus, seruabat, ut . . .: 3,84,3; exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur. Caesaris copiae nequaquam erant tantae, ut iis . . . confideret. relinquebatur ut se suis locis oppido teneret consiliumque Achillae cognosceret. milites tamen omnes in armis esse iussit: 3,109,3.

β) **additur alia particula; αα) atque, ac:** coactus est . . . legiones . . in plures ciuitates distribuere . . . . ad hunc modum distributis legionibus facillime inopiae **rei* frumentariae sese mederi posse existimauit. atque harum ⟨atq. arum *BM*⟩ tamen omnium legionum hiberna . . . milibus passuum centum continebantur: V 24,7; Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit, ille a uallo ⟨*e*⟩ non discedere perseuerauit. ac tamen ⟨*Np.; attamen codd.*⟩ aegre retentis Domitianis militibus est factum, ne proelio contenderetur: 3,37,3; noli, inquit, existimare, Pompei, hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque deuicerit . . . . perexigua pars illius exercitus superest . . . . hae copiae, quas uidetis, ex dilectibus ⟨*e*⟩ horum annorum . . . sunt refectae, et plerique sunt ex coloniis ⟨*e*⟩ Transpadanis. ac tamen ⟨at tamen *Oh*²⟩ quod fuit roboris duobus proeliis Dyrrachinis interiit: 3,87,5.

ββ) **at** (*u.* αα) 3,37,3 *et* 87,5;) (at Caesar, etsi nondum eorum consilia cognouerat, tamen . . . fore id, quod accidit, suspicabatur: IV 31,1.)

γγ) **neque:** Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant: IV 7,3; (quod dictum ⟨*del. Oiacc.*⟩ Haedui grauiter ferebant, neque ⟨tamen *add. Oiacc.*⟩ recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant: V 6,2;) Treueri uero . . . nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent . . .; neque tamen ulli ciuitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret: V 55,2; magno dolore Haedui ferunt ⟨*e*⟩ se deiectos principatu, . . . et Caesaris in se indulgentiam ⟨*o*⟩ requirunt, neque tamen suscepto bello suum consilium ab ⟨*e*⟩ reliquis separare audent: VII 63,8.

δδ) **nihilo minus:** si hoc sibi remitti uellent, remitterent ipsi de maritimis custodiis; si illud tenerent, se quoque id retenturum. nihilo minus tamen agi posse de compositione, ut haec non remitterentur: 3,17,4; Vibullius . . . adhibito Libone et L. Lucceio et Theophane . . . de mandatis Caesaris agere instituit. quem ingressum in sermonem Pompeius . . . loqui plura prohibuit. quid mihi, inquit . . . . ab iis ⟨*e*⟩ Caesar haec facta cognouit, qui sermoni interfuerunt; conatus tamen nihilo minus est aliis rationibus per conloquia de pace agere ⟨conatus . . . agere *del. Hug*⟩: 3,18,5.

εε) **nihilo setius** *u.* **nihil** *p. 776* ε) V 4,3; 7,3; 2,7,4.

ζζ) **non:** prohibetur a ⟨*e*⟩ Gobannitione, patruo suo, reliquisque principibus . . ., expellitur ex oppido Gergouia; non desistit ⟨*e*⟩ tamen

Digitized by Google

atque in agris habet dilectum egentium ac perditorum: VII 4, 3.

ηη) sed u. **sed** *p. 1807 sq.* b) *(9 loc.)*

ϑϑ) ita; sic: equites hostium essedariique acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, **ita** ⟨β; *Schn.; om.* α; *rell. edd.*⟩ **tamen**, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint atque eos ⟨*c*⟩ in siluas collesque compulerint; sed compluribus interfectis cupidius insecuti non nullos ex suis amiserunt: V 15, 1 (2); ¶ esse non nullo se Caesaris beneficio adfectum, **sic tamen**, ut iustissimam apud eum causam obtinuerit; sed plus communi libertati tribuere: VII 37, 4.

β) obi. est neutrum pronominis (uel adiectiui): (Pompeium et Caesarem,) quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Heluiorum ⟨*e*⟩ publice iis ⟨*e*⟩ concesserit, alter bello † uictas galliae ⟨*af*; uictas gallias *hl*; uictos Sallyas *Gland.*; *edd.*; uicta Gallia eadem *Madu.*; uicta Gallia alia *Paul*⟩ attribuerit ⟨tribuerit *Madu.*; *Paul*⟩ uectigaliaque auxerit: 1, 35, 4; ¶ si uero alteri paulum modo tribuisset fortuna, non esse usurum condicionibus pacis eum, qui superior uideretur: 3, 10, 7; ¶ ab Cn. Pompeio proconsule petit . . ., quos ex Cisalpina Gallia *consul sacramento rogauisset, ad signa conuenire et ad se proficisci iuberet . . . . quod cum Pompeius et rei publicae et amicitiae tribuisset: VI 1, 4.

b) trsl.; α) = adscribere, adsignare, conferre: quod esset acceptum detrimenti, cuiusuis potius quam suae culpae debere tribui: 3, 73, 4; ¶ confirmatis militibus, ne . . . quod iniquitas loci attulisset, id uirtuti ⟨*om.* β⟩ hostium ⟨hosti β⟩ tribuerent . . ., legiones . . . eduxit: VII 53, 1.

β) (multum, tantum) tribuere = magni, tanti aestimare: quod tantum ciuitati Haeduae dignitatis ⟨ciuitatis H. dignitati *Ciacc.*⟩ tribuebat ⟨tribuerat β⟩: V 7, 1; — esse non nullo se Caesaris beneficio adfectum, . . . sed plus communi libertati tribuere: VII 37, 4; ¶¶ quod improuiso unum pagum adortus esset, . . . ne ob eam rem aut suae magnopere uirtuti tribueret aut ipsos despiceret: I 13, 5.

γ) tempus tribuere rei = t. consumere in re: his rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis ⟨perfaciendis *af*; perficiundis *Nh*⟩ XI dies tribuit: 3, 2, 1; — sed his ⟨iis *h*⟩ rebus tantum temporis tribuit, quantum erat properanti necesse: 3, 78, 2.

B. = distribuere: naues: IV 22, 4 *u.* **A. a) α) αα)** naues.

tributum: in capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: 3, 32, 2; — druides a bello abesse consuerunt neque tributa una ⟨umquam β⟩ cum reliquis pendunt: VI 14, 1; ¶ plerique, cum aut ⟨*e*⟩ aere alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, sese ⟨*e*⟩ in seruitutem dicant nobilibus: VI 13, 2.

triceni: rates duplices quoque ⟨*e*⟩ uersus pedum XXX ⟨LXXX *Nl*; tricenorum *Frig.*⟩ . . . conlocabat: 1, 25, 6.

trichila: in castris Pompei uidere licuit trichilas ⟨triclinia *Ald.*; Thericlia *Beroald.*⟩ structas ⟨*Salmas.*; stratas *x*; strata *Ald.*⟩, magnum argenti pondus expositum: 3, 96, 1.

triclinium *u.* **trichila.**

triduum. A. obl.: sic triduum disputationi-

Digitized by Google

bus excusationibusque extrahitur: 1, 33, 3; ¶ ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit: I 26, 6.

B. acc. temporis: cum per eorum fines triduum ⟨triduo β⟩ iter fecisset: II 16, 1; ¶ die quarto peruenerunt, cum et propter uulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri ⟨*c*⟩ triduum morati eos sequi non potuissent: I 26, 5; Lissum expugnare conatus ... triduum moratus paucis in oppugnatione amissis re infecta inde discessit: 3, 40, 6.

C. gen.: ut tridui mora interposita equites ... reuerterentur: IV 11, 4; ¶ ad has res conficiendas sibi tridui spatium daret: IV 11, 3; ¶ cum tridui uiam processisset: I 38, 1; Ariouistum ... ad occupandum Vesontionem ... contendere triduique uiam a ⟨*c*⟩ suis finibus processisse ⟨B^1β; profecisse α; *edd.*; triduique ... profec. *del. Kraff.*⟩: I 38, 1; reuerti se ... simulauerunt et tridui uiam progressi rursus reuerterunt: IV 4, 4.

D. abl.; a) temporis: statuisse imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset ⟨*c*⟩, triduo ⟨triduum *AQ*⟩ exercitum deducere ⟨prodeducere M^1; producere B^1⟩: VII 20, 11; ¶ si uterque ... iurauisset se triduo proximo exercitum dimissurum: 3, 10, 9; ¶ iter facere: II 16, 1 *u.* B.; ¶ Caesar primis ⟨a tribus primis *l*; tribus primis h^2; *Ald.*⟩ diebus castra ... munire ... reliquasque copias exspectare instituit. eo ⟨eodem a^1⟩ triduo legio VIII. ad eum uenit: 1, 18, 5.

b) compar.: daturum se operam, ne longius triduo a ⟨*c*⟩ castris abiit: VII 9, 2.

triennium: multis locis Germaniae triennium ⟨triennio *a*⟩ uagati ad Rhenum peruenerunt: IV 4, 2.

triginta. *Plene scriptum uidetur* triginta VI 35, 6 *in X (sed in fl hoc loco est* XXX); *reliquis locis in X (z) uidetur inueniri* XXX, *sed ita, ut non numquam in quibusdam codicibus supra additum sit* ta.

A. non additur alius numerus: in eo proelio non amplius CC milites desiderauit, sed centuriones, fortes uiros, circiter XXX amisit: 3, 99, 1; ¶ se cohortesque amplius XXX magnumque numerum senatorum ... in periculum esse uenturum: 1, 17, 2; erant ... legiones Afranii III ..., praeterea scutatae citerioris prouinciae et caetratae [ulterioris Hispaniae] cohortes circiter LXXX ⟨XXX *Stoffel*⟩: 1, 39, 1; legionibus completis duabus cohortes circiter XXX alarias addidit: 2, 18, 1; ¶ de quibus insulis ⟨*u. CC*⟩ non nulli scripserunt dies continuos XXX sub bruma esse noctem: V 13, 3; ratione inita frumentum se exigue dierum XXX habere ⟨*sic* β; *Schn.*; exig. dier se hab. XXX frum. *AQ*; *Db.*, *Hold.*, *Dt.*^{2}; exig. dier. XXX frum. (*om.* se *et* hab.) BM^1; se exig. dier. XXX hab. frum. *Dt.*^{1}, *Np.*; exigere d. XXX fr. M^2; *Fr.*⟩: VII 71, 4; dierum XXX pabulum frumentumque habere ⟨*o*⟩ omnes conuectum iubet: VII 74, 2; quibus (nauibus) effectis armatisque diebus XXX, a ⟨*c*⟩ qua die materia caesa est, ... iis ⟨*c*⟩ D. Brutum praeficit: 1, 36, 5; ¶ nactus equites circiter XXX, quos Commius ... transportauerat, legiones in acie ... constituit: IV 35, 1; comitatu equitum XXX ad mare peruenit: 3, 96, 4; ¶ transeunt Rhenum nauibus ratibusque triginta milibus passuum ⟨mil. p. XXX *l*⟩ infra eum locum, ubi: VI 35, 6; — ex hominum milibus amplius XXX ... plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam coiciunt: III 6, 2; quo ex portu commodissimum in Britanniam traiectum esse cognouerat, circiter milium passuum XXX [transmissum] a continenti: V 2, 3; cum milia passuum circiter XXX⟨XL β⟩ a Gergouia abesset: VII 38, 1; castra ... cum essent inter flumina duo, Sicorim et Cingam, spatio milium XXX, neutrum horum transiri poterat: 1, 48, 3; id erat oppidum positum ad Hiberum miliaque ⟨mil. V *z*⟩ passuum a castris aberat XXX ⟨*Göl.*; XX *z*; *Np.*, *Db.*; — positum ab Hibero milia V passuum; a castris aberat XX *F. Hofm.*⟩: 1, 61, 4; milia sagittarum circiter XXX ⟨centum ac triginta *Suet. Caes. 68*⟩ in castellum coniecta Caesari numerauerunt: 3, 53, 4; — imperant (milia) ... Rauracis et Bois ⟨*c*⟩ *bina*; XXX uniuersis ciuitatibus, quae ⟨boiis XXX (XXX. *M*β) uniuersis ciu. quae *X*; boiis bina; XXX un. ciu. q. *Clarkii codd.*; Boiis MM; X un. ciu. q. *Schn.*; boiis totidem; tria milia un. c. q. *Fr.*⟩: VII 75, 4; ¶ ipse Lissum profectus naues onerarias XXX a M. Antonio relictas ... omnes incendit: 3, 40, 5; — Bibulus ... inanibus (nauibus) occurrit et nactus circiter XXX in eas indiligentiae ⟨*c*⟩ suae ac doloris iracundiam ⟨*c*⟩ erupit: 3, 8, 3; ¶ rates duplices quoque ⟨*c*⟩ uersus pedum ⟨p. *afh (compendio); om. el*⟩ XXX ⟨tricenorum *Fr.*; LXXX *Nl*; LXXX *uel certe* XXXX *Göl.*⟩ e regione molis conlocabat: 1, 25, 6; fossas pedum ⟨pedes *l*⟩ XXX in latitudinem complures facere instituit: 1, 61, 1; patebat haec (turris) quoque ⟨*c*⟩ uersus pedes XXX ⟨*maiorem numerum desiderat Paul*⟩, sed parietum crassitudo pedes V: 2, 8, 2.

B. additur alius numerus: desiderauit ... tribunos militum et centuriones XXXII:

Digitized by Google

3, 71, 1; — summa erat capitum . . . Tulingorum milium ⟨*ego; milia X; edd.*⟩ XXXVI, Latouicorum ⟨*o*⟩ XIIII, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII: I 29, 2; — signaque sunt militaria amissa **XXXII** ⟨*ὀκτὼ καὶ εἴκοσι App.*⟩: 3, 71, 2; ¶ reliquas cohortes, numero **XXXIII**, . . . eduxit: 3, 67, 3; ¶ imperant Haeduis atque ⟨*o*⟩ eorum clientibus . . . milia **XXXV** ⟨**XXX** *N*⟩; parem numerum . . .: VII 75, 2; — Cassius . . . omnes naues incendit **XXXV** ⟨*del. Oiacc.*⟩, e quibus erant XX constratae ⟨*o*⟩: 3, 101, 2; ¶ *milium **XXXVI**: I 29, 2 *u. s.* XXXII; ¶ amissa Sicilia et Sardinia . . . et cohortibus *in* Italia atque Hispania ciuium Romanorum centum atque **XXX** ⟨**XX** *O*⟩: 3, 10, 5; — ex eo proelio circiter hominum milia **CXXX** superfuerunt: I 26, 5; ¶ (milia sagittarum circiter XXX in castellum coniecta Caesari *numerauerunt, scutoque ad eum relato Scaeuae centurionis inuenta sunt in eo foramina CXX ⟨*dett.; Val. Max., Suet., Flor., Appian.;* **CXXX** *Plut.;* CCXX *af;* CCXXX *NOhl*⟩: 3, 53, 4;) ¶ diebus XXV aggerem latum pedes CCCXXX, altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 24, 1; ¶ cum hostium numerus capitum CCCCXXX ⟨CCCCXL *Oros.*⟩ milium fuisset: IV 15, 3.

trini: milites . . . munitionem . . . transgressi trinis castris potiuntur: VII 46, 4; circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; ¶ cum a custodibus in fuga trinis catenis uinctus traheretur: I 53, 5; ¶ cum tribus legionibus circum Samarobriuam ⟨*o*⟩ trinis hibernis hiemare constituit: V 53, 3; ¶ (Haedui primis ⟨trinis β⟩ nuntiis ab Litauicco acceptis nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt: VII 42, 1.)

Trinouantes. *Haec forma exstat in X* V 21, 1 *(sed* Trino ouantibus *in Q), in* β V 22, 5, *in a corr., fhl* V 20, 1, *recepta est a Schn. et Hold.;* trinobantes, *quod receperunt ceteri editores, inuenitur in* α *et a pr.* V 20, 1; trenouantibus *est in* α V 22, 5.

interim Trinouantes, prope firmissima earum regionum ciuitas, ex qua Mandubracius ⟨*o*⟩ adulescens Caesaris fidem secutus ad eum in continentem Galliam uenerat, . . . legatos ad Caesarem mittunt: V 20, 1; *cf.* § 2–4; Trinouantibus defensis atque ab omni militum iniuria prohibitis . . . Cassi . . . sese Caesari dedunt: V 21, 1; interdicit atque imperat Cassiuellauno, ne Mandubracio neu Trinouantibus ⟨neutri nouantib. β; neutre nouant. *AQ*⟩ noceat ⟨bellum faciat β⟩: V 22, 5.

tripertito: Caesar partitis copiis cum C. Fabio legato ⟨*o*⟩ et M. Crasso quaestore celeriterque ⟨*o*⟩ effectis pontibus adit ⟨β; adiit α; *Fr.*⟩ tripertito: VI 6, 1; ¶ Caesar suum quoque equitatum tripertito diuisum contra hostem ire iubet: VII 67, 2; ¶ (Romani conuersa signa bipertito ⟨tripertito B^2l⟩ intulerunt: I 25, 7;) ¶ postridie . . . mane tripertito milites ⟨milite α⟩ equitesque in expeditionem misit: V 10, 1.

triplex: ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor ueteranorum: I 24, 2; ipse triplici instructa acie usque ad castra hostium accessit: I 51, 1; omnibus copiis triplici instructa acie ad Ilerdam proficiscitur: 1, 41, 2; copias instruit triplicemque aciem ducere incipit: 1, 64, 7; — acieque triplici instructa ad eum locum uenit: I 49, 1; acie triplici instituta . . . ad hostium castra peruenit: IV 14, 1; — acies erat Afraniana duplex legionum V, tertium ⟨*Ciacc.;* tertia *z*⟩ in subsidiis locum alariae cohortes obtinebant ⟨cohortis obtinebat *hl*⟩; Caesaris triplex; sed primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae totidem suae cuiusque legionis subsequebantur: 1, 83, 1 (2).

triquetrus: insula natura triquetra ⟨*edd. pr.;* triquadra *a;* triquatra h^2l; triquarta h^1; utrique α⟩, cuius unum latus est contra Galliam: V 13, 1.

triremis. 1. adiect.: conspicataeque naues triremes ⟨-uis -mis *hl*⟩ duae nauem D. Bruti . . . duabus ex partibus sese in eam *incitauerunt: 2, 6, 4; *cf.* § 5. 6; scaphas . . . disposuit nauesque triremes duas . . . ad fauces portus prodire iussit: 3, 24, 1; *cf.* § 2.

2. ui subst.: naues longas occupare hostes conabantur; quarum erant L auxilio missae ad Pompeium . . ., illae triremes ⟨quadriremes *pro* illae trir. *Paul*⟩ omnes et quinqueremes, aptae instructaeque omnibus rebus ad nauigandum: 3, 111, 3; ¶ L. Caesar filius . . . ex alto refugerat adpulsaque ad proximum litus trireme constrata et in litore relicta pedibus Hadrumetum *profugerat: 2, 23, 3; praeterea duae sunt depressae ⟨duae de presente *a;* deprensae *fh;* deprehensae *Ol;* depressae *Vascos.*⟩ triremes: 3, 101, 6.

tristis: animaduertit Caesar unos ⟨*o*⟩ ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, sed tristes capite demisso terram intueri: I 32, 2.

tristitia: nihil Sequani respondere, sed in

Digitized by Google

eadem tristitia taciti permanere ⟨-sere AB^2afl⟩: I 32, 3.

triticum: (C. Caesar . . . in libris, quos ad M. Ciceronem de analogia conscripsit, harenas uitiose dici existimat, quod harena numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque caelum neque triticum; contra autem quadrigas: *Gell.* XIX 8, 3.)

ciues Romanos eius prouinciae sibi . . . tritici *modium CXX milia polliceri coegit: 2, 18, 4.

triumpho: ego cum ex ipsa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho gaudio ⟨*Lamb.;* triumpho gaudeo M^1Z; triumpho et gaudeo M^2⟩: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

Troucillus: Diuiciacum ad se uocari iubet et cotidianis interpretibus remotis per C. Valerium Troucillum ⟨*Hold.;* troaucillum *αhl;* traucillum *Acorr., af;* Procillum *Manut.; edd.*⟩, principem Galliae prouinciae, familiarem suum, cui summam omnium rerum fidem habebat, cum eo conloquitur: I 19, 3.

truncus: itaque truncis arborum aut ⟨*CC*⟩ admodum firmis ramis abscisis atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus perpetuae fossae . . . ducebantur. huc illi stipites demissi ⟨*o*⟩ et ab infimo reuincti . . . ab ramis eminebant: VII 73, 2; — si arborum trunci siue naues ⟨trabes *RSchn.*⟩ deiciendi operis causa ⟨*o*⟩ essent a barbaris immissae ⟨*Ciacc.;* missae *X; edd.*⟩: IV 17, 10.

tu. 1. sing.; A. nomin.; a) c. uerb. act. (dep.): num tu harum rerum natura accidere arbitraris, quod . . . dicamus neque . . . possimus? *ap. Gell.* XIX 8, 8; ¶ (recte auguraris ⟨auguraturi M^1; auguraris tu *ed. Iens.*⟩ de me — bene enim tibi cognitus sum — nihil a me abesse longius crudelitate: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2;) ¶ tu uelim mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus . . . utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3; ¶ M. † itfiuium, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo ⟨*Lamb.;* delega *M*⟩; si uis, tu ⟨*Lamb.;* delega, si uis; tu *edd. plur.*⟩ ad me alium mitte, quem ornem: *ap. Cic. ad. fam.* VII 5, 2; ¶ tu explorato ⟨quo et plorato M^1⟩ et uitae meae testimonio et amicitiae iudicio neque tutius neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2.

b) c. uerb. pass.: tu quoque, tu in summis o ⟨*Steph.;* tu in summisso *A;* tam submisso *DEZ;* non tam summisso *BCFG*⟩ dimidiate Menander, poneris, et merito: *ap. Suet. uita Terent.* 5.

B. accus.; a) obiect.: imprimis a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*.

b) subiect.: cum ab eorum consiliis abesse te debere ⟨te debere *om. codd.; edd.;* te debere *uel* te oportere *addend. cens. Wsbg*⟩ iudicasti: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, tamen permotus hominum fama scribendum ad te existimaui: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ huius ⟨*Jahn;* cuius *codd.*⟩ te paene principem copiae atque inuentorem bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus: *ap. Cic. Brut.* 253; ¶ de Cicerone te uideo quiddam scripsisse, quod ego non intellexi: *ap. Cic. ad Q. fr.* II 10 (12), 4.

C. dat.; a) pendet ex uerbo: et amicitiae grauiorem iniuriam feceris et tibi minus commode consulueris, si: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ unum hoc maceror ac ⟨*o*⟩ doleo tibi deesse, Terenti: *ap. Suet. uit. Terent.* 5; ¶ locellum tibi signatum remisi: *ap. Charis. I p. 79 K.*

b) pendet ex adiect. (ptc.): bene enim tibi cognitus sum: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

c) c. gerundiuo: scribendum ad te existimaui . . ., ne quo progredereris proclinata ⟨*o*⟩ iam re, quo integra etiam progrediendum tibi non existimasses: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1.

D. c. praep.; a) a, abs; α): quo mihi grauius abs te nil accidere potest: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ imprimis a te peto, . . . ut te ibi uideam: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*; (scribendum ad te existimaui et ⟨a te *addend. cens. Wsbg*⟩ pro nostra beneuolentia petendum, ne: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1;) quod ne facias pro iure nostrae amicitiae a te peto: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ si grauius quid acciderit, abs te rationem reposcent: V 30, 2.

β): meum factum probari abs te triumpho gaudio ⟨*o*⟩: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

b) ad: praeterire tamen non potui, quin et scriberem ad te et illum mitterem: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* permotus hominum fama scribendum ad te existimaui: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1.

c) per: qui, si per te liceat, perendino die . . . sustineant: V 30, 3.

2. plur.; A. nominat.: equidem me Caesaris militem dici uolui, uos me imperatoris nomine appellauistis: 2, 32, 14; ¶ uestrae . . . uitae prospiciam, quos . . . in periculum de-

Digitized by Google

duxi. uos data facultate uobis consulite: VII 50, 4; ¶ deseruistis: 2, 32, 8 *u.* B. a) deserere; ¶ euentus belli praemia petiuerunt, qui qualis sit futurus ne uos quidem dubitatis: 2, 32, 10; ¶ quid uos, inquit, hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus licet iam esse fortunatissimos ⟨*e*⟩? VI 35, 8; ¶ an qui incolumes resistere non potuerunt perditi resistant ⟨-tent *N*⟩? uos autem incerta ⟨*e*⟩ uictoria Caesarem secuti diiudicata iam belli fortuna uictum sequamini ⟨-emini *Paul*⟩, cum uestri officii praemia percipere debeatis? 2, 32, 6; hac uos fortuna atque his ducibus repudiatis Corfiniensem ignominiam . . . sequimini! 2, 32, 13.

B. accus.; a) obiect.: desertos enim se ac proditos a uobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt. uosne ⟨ne *om. N; eras. in a*⟩ uero L. Domitium an uos Domitius deseruit? nonne extremam pati fortunam paratos proiecit ille? non ⟨*e*⟩ sibi clam uobis salutem fuga petiuit? non ⟨*e*⟩ proditi per illum Caesaris beneficio estis conseruati? 2, 32, 7. 8; ¶ statim uos certiores faciam: *ap. Cic. ad Att.* IX 13 *A*, 1; ¶ non frustrabo uos, milites: *ap. Diomed. art. gramm. I p. 400 Keil*; ¶ at ⟨*e*⟩ sunt ⟨*e*⟩, qui uos hortentur, ut a nobis desciscatis: 2, 32, 3; ¶ quid enim est illis optatius quam uno tempore et nos circumuenire et uos nefario scelere obstringere? 2, 32, 3; ¶ an paenitet uos quod . . . incolumem exercitum . . . traduxerim? 2, 32, 12; uos me imperatoris nomine appellauistis. cuius si uos paenitet, uestrum uobis beneficium remitto, mihi meum nomen restituite ⟨*af*; restituite nomen *hl*; *Db.*⟩, ne ad contumeliam honorem dedisse uideamini: 2, 32, 14; ¶ (proicere: 2, 32, 8 *u.* deserere;) ¶ proinde abite, dum est facultas, uosque ad legionem recipite: VII 50, 6; ¶ de his rebus rogo uos ut cogitationem suscipiatis: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; ¶ uos enim uestrumque factum, inquit ⟨*o*⟩, omnia deinceps municipia sunt secuta: 2, 32, 2; ¶ sacramento quidem uos tenere qui potuit . . .? 2, 32, 9.

b) subiect.: hoc uos statim scire uolui: *ap. Cic. ad Att.* IX 13 *A*, 1; ¶ gaudeo mehercule uos significare litteris, quam ualde probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

C. dat.: (censere: 2, 32, 4 *u.* debere;) ¶ consulite: VII 50, 4 *u.* A. consulere; ¶ quid irati grauius † de uobis sentire ⟨de uobis sancire *Paul nunc, olim* uobis censere⟩ possunt, quam ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicant, in eorum potestatem ueniatis, qui se per uos perisse existimant? 2, 32, 4; ¶ remitto: 2, 32, 14 *u.* B. a) paenitet.

D. genet.: quorum in consilio omnium uestrum consensu pristinae residere ⟨*o*⟩ uirtutis memoria uidetur: VII 77, 4.

E. c. praep.; a) a: 2, 32, 7 *u.* B. a) deserere.

b) clam: 2, 32, 8 *ib.*

c) cum: quoniam, inquit, me una uobiscum seruare non possum, uestrae quidem certe uitae prospiciam: VII 50, 4; magnaque ex parte iam me una uobiscum de re iudicium facturum confido: 2, 31, 8.

d) de: neque sine causa et Caesar amicissime de uobis et illi grauissime iudicauerunt: 2, 32, 2; ¶ sancire (sentire): 2, 32, 4 *u.* C. debere.

e) ex: neque is sum, inquit, qui grauissime ex uobis mortis periculo ⟨*e*⟩ terream: V 30, 2.

f) in uos: qui de meis in uos meritis praedicaturus ⟨*e*⟩ non sum: 2, 32, 10.

g) per: 2, 32, 4 *u.* C. debere.

tuba: reliquarum legionum milites non exaudito ⟨audito β⟩ sono tubae, quod satis magna ⟨*e*⟩ ualles intercedebat ⟨*e*⟩, tamen . . . retinebantur: VII 47, 2; ¶ (Caesari erat) signum tuba tandum ⟨sign. t. d. *del. Ald. nep.*⟩, ab opere reuocandi milites: II 20, 1; eodem tempore clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingetorix atque ex oppido educit: VII 81, 3; Caesar . . . suos per Antonium . . . cohortatus tuba signum dari atque in hostes impetum fieri iussit: 3, 46, 4; hac habita oratione exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus tuba signum dedit: 3, 90, 4.

Tubero: Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato; Africam sorte Tubero obtinere debebat: 1, 30, 2; Tubero, cum in Africam uenisset, inuenit in prouincia cum imperio Attium Varum: 1, 31, 2; hic uenientem Vticam nauibus Tuberonem portu atque oppido prohibet neque adfectum ualetudine filium exponere in terra ⟨*e*⟩ patitur, sed sublatis ancoris excedere eo loco cogit: 1, 31, 3.

tueor. A. additur obiect.; a) aliquem: nam tantum ab equitum suorum *auxilio aberant, . . . ut eos superioribus perterritos proeliis in medium reciperent agmen ultroque eos tuerentur: 1, 79, 5; ¶ magnamque res diligentiam requirebat non in summa exercitus tuenda . . ., sed in singulis militibus conseruandis: VI 34, 3; ¶¶ qui ⟨*e*⟩ propter ueteres inimicitias nullo modo cum Haeduis

Digitized by Google

coniungi poterant, se Remis in clientelam dicabant. hos illi diligenter tuebantur: VI 12, 8.

b) alqd; α) locum; αα): (Sulla a Caesare † castris ⟨tuendis *add. Pluyg.*⟩ relictus liberatis suis hoc fuit contentus: 3, 51, 5;) tuemini, inquit, castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit: 3, 94, 6; ¶ neque uerum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare: IV 8, 1; Allobroges crebris . . . dispositis praesidiis magna cum cura et diligentia suos fines tuentur: VII 65, 3; ¶ (praestare arbitrabatur unum locum, qua necessarius nostris erat egressus, quam omnia ⟨*Ciacc.*; omnium *z*⟩ litora ac portus custodia clausos teneri ⟨*recc.*; *P. Manut.*; tueri *x*; custodia classis tueri *Paul*⟩: 3, 23, 1;) ¶ (locum: 3, 23, 1 *u.* litora;) ¶ (erat eodem ⟨*c*⟩ tempore et materiari et frumentari et tantas munitiones fieri ⟨tueri *Schn.*; *Db.*⟩ necesse deminutis ⟨*c*⟩ nostris copiis ⟨*c*⟩: VII 73, 1;) ¶ naues . . . incendit, quod † tam late ⟨naualia *Paul*⟩ tueri parua manu non poterat: 3, 111, 6; ¶ oppidum *u.* **oppidum D.** *extr. p. 940 (3 loc.);* ¶ ubi ex ea turri quae circum essent opera tueri se posse sunt confisi: 2, 10, 1; ¶ Caesar . . . deducta Orico legione, quam tuendae orae maritimae causa posuerat, . . . existimabat: 3, 34, 1; ¶ in extremo ponte turrim ⟨*c*⟩ . . . constituit praesidiumque cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit magnisque eum locum munitionibus firmat: VI 29, 3; ¶ aegre portas nostri ⟨nihil *BM*; nostri portas *h*⟩ tuentur; reliquos aditus locus ipse per se munitioque defendit: VI 37, 5; ¶ portus (-um) *u.* **portus B.** *extr. p. 1122 (1(3) loc.;)* ¶ turrim ⟨*c*⟩ . . ad ipsum introitum portus opposuit et militibus compleuit tuendamque ad omnes repentinos casus tradidit: 3, 39, 2; ¶ Caesar . . . prouincias ⟨*c*⟩ Siciliam atque Africam, sine quibus urbem atque Italiam tueri non potest, uestrae fidei commisit: 2, 32, 2.

ββ): uti . . . Varro cum iis ⟨*c*⟩ quas habebat legionibus omnem ulteriorem Hispaniam tueatur: 1, 38, 2; — Italiam: 2, 32, 2 *u.* αα) urbem; ¶ praesidium Cenabi tuendi causa, quod eo mitterent, comparabant: VII 11, 4; — Caesar . . . III cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit isdemque custodiam nauium longarum tradidit: 3, 39, 1.

β) rem: hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum . . . et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit: 3, 1, 3; ¶ summam: VI 34, 3 *u.* a) exercitum.

B. non additur obiect.: 3, 111, 6 *u.* A. b) α) αα) naualia.

Tulingi: (Heluetii) persuadent Rauracis et Tulingis ⟨tulinguis Q^1B^2β⟩ et Latouicis ⟨*c*⟩ finitimis ⟨*c*⟩, uti eodem usi consilio oppidis suis uicisque exustis una cum iis ⟨*c*⟩ proficiscantur: I 5, 4; Boi ⟨*c*⟩ et Tulingi, qui hominum milibus circiter XV agmen hostium claudebant et nouissimis praesidio erant, ex itinere nostros **ab* latere aperto adgressi circumuenire ⟨*c*⟩ . . . coeperunt: I 25, 6; *cf.* § 7 *et* 26, 1; Heluetios, Tulingos, Latouicos ⟨*c*⟩ in fines suos, unde erant profecti, reuerti iussit: I 28, 3; *cf. qu. sqq.*; summa erat capitum . . . Tulingorum ⟨tulig. *l*⟩ *milium XXXVI: I 29, 2.

Tullius *u.* **Cicero.**

Tullus *u.* **Volcacius.**

tum. 1. non respondet cum correlat.; A. = eo (illo) tempore; a) tum, cum: tibi minus commode consulueris, si non fortunae obsecutus uideberis, . . . nec causam secutus — eadem enim tum fuit, cum ab eorum consiliis abesse *te debere* iudicasti: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, *1.*

b) cum (= quotienscumque) . . . tum: cum uallis aut locus decliuis suberat neque ii ⟨*c*⟩, qui antecesserant, *laborantibus opem ferre poterant, equites uero ex loco superiore in auersos ⟨*c*⟩ tela coiciebant, tum magno erat in periculo res: 1, 79, 3.

c) non pertinet ad enuntiatum temporale; α) non additur demum, etiam, uero; αα): ut tum accidit *u.* **accido** *p. 74 extr. et 75 (4 loc.)*

ββ): hostibus ⟨*c*⟩ pugnandi potestatem fecit. ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit: I 50, 2; in Haeduos mouit castra. ne ⟨*om. af*⟩ tum quidem insecutis hostibus tertio die ad flumen Elauer ⟨*c*⟩ pontem ⟨*c*⟩ reficit ⟨*c*⟩: VII 53, 4; nam ut . . . iter in prouinciam conuerteret, id ne metu quidem ⟨*recc.*; id ne tum quidem *Aldus*; ut ne metu quidem α; ut nemo tunc quidem β; ut nemo tum quidem *Fr.*; ut non nemo tunc quidem *Ciacc.*; *Schn.*, *Db.*; ut nemo non tum quidem *(Ciacc.;) Oud.*; *Np.*; id minime tum quidem *Dauis.*⟩ necessario faciundum ⟨*c*⟩ existimabat: VII 56, 2.

γγ): cum . . . eos in eo loco, quo tum ⟨tunc *af*; *om.* B^1⟩ essent, suum aduentum exspectare iussisset, paruerunt: I 27, 2; Gallorum . . . oppugnatio est haec ⟨*c*⟩: ubi . . . murus . . defensoribus nudatus est, testudine facta portas succendunt ⟨*CC*⟩ murumque subruunt. quod tum ⟨tam *A*⟩ facile fiebat: II 6, (2.) 3; Iccius Remus,

summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido praeerat ⟨*DEk; praefuerat X; edd.*⟩, unus ⟨*c*⟩ ex iis ⟨*c*⟩, qui legati de pace ad Caesarem uenerant, nuntium . . . mittit: II 6, 4; (27, 1 *u.* B. a);) quod (oppidum) cum ex omnibus . . . partibus altissimas rupes . . . haberet, una ex parte . . . aditus . . . relinquebatur; quem locum duplici altissimo muro munierant ⟨-runt *aef*⟩; tum ⟨tunc *a*⟩ magni ponderis saxa et praeacutas trabes in muro conlocabant ⟨collocarant *f; Schn.;* conlocarunt *hl;* collocauerunt a^1⟩: II 29, 3; qui decimae legionis aquilam ferebat . . . Desilite, inquit, commilitones ⟨*c*⟩, nisi uultis aquilam hostibus prodere; ego certe meum rei publicae . . . officium praestitero. hoc cum uoce magna dixisset, . . . in hostes aquilam ferre coepit. tum nostri cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, uniuersi ex ⟨*c*⟩ naui desiluerunt ⟨desilierunt β⟩: IV 25, (3—)5; hostes . . . legatos de pace miserunt. . . . una cum his legatis Commius Atrebas uenit. . . . hunc illi . . ., cum ad eos oratoris modo Caesaris mandata deferret ⟨*c*⟩, comprehenderant atque in uincula ⟨*c*⟩ coniecerant; tum proelio facto remiserunt: IV 27, (1—)3; suspicati hostes huc nostros esse uenturos noctu in siluis delituerant; tum ⟨*om.* A^1⟩ dispersos depositis armis in metendo occupatos subito adorti paucis interfectis reliquos . . . perturbauerant, simul equitatu atque essedis circumdederant: IV 32, 5; cum a prima luce ad horam octauam pugnaretur ⟨*c*⟩, nihil, quod ipsis esset indignum, committebant. tum T. Baluentio ⟨*c*⟩ . . . utrumque femur tragula traicitur, Q. Lucanius . . ., dum circumuento filio subuenit, interficitur; L. Cotta legatus . . . funda uulneratur: V 35, (5.) 6(—8); turres . . . excitantur . . ., quae deesse operi uidebantur perficiuntur. hostes postero die multo maioribus coactis copiis castra oppugnant, fossam complent. eadem ratione, qua pridie, ab ⟨*c*⟩ nostris ⟨*o*⟩ resistitur. hoc idem reliquis deinceps ⟨*o*⟩ fit diebus. . . . tunc ⟨tum β⟩ duces principesque Neruiorum . . . conloqui sese uelle dicunt: V (40, 2—4;) 41, 1; tanta militum uirtus . . . fuit, ut, cum undique ⟨*c*⟩ flamma torrerentur maximaque telorum multitudine premerentur . . ., paene ne respiceret quidem quisquam, ac tum omnes acerrime fortissimeque pugnarent: V 43, 4; centuriones . . . nutu uocibusque hostes, si introire uellent, uocare coeperunt; quorum progredi ausus est nemo. tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati turrisque succensa ⟨succisa *Np.*⟩ est: V 43, (6.)7; ex his Pulio ⟨*c*⟩, cum acerrime . . . pugnaretur, Quid dubitas, inquit, Vorene? aut quem locum tuae ⟨*o*⟩ probandae ⟨*c*⟩ uirtutis exspectas ⟨*o*⟩? . . . haec cum ⟨*c*⟩ dixisset, procedit extra ⟨*c*⟩ munitiones ⟨*c*⟩. . . . ne Vorenus quidem ⟨tum *add. edi; Np.; Schn.*⟩ sese tum ⟨*add.* β; *om. edd.*⟩ uallo continet, sed . . . subsequitur. ⟨tum *add.* α; *Fr., Db., Hold.*⟩ mediocri spatio relicto Pulio ⟨*c*⟩ pilum in hostes immittit ⟨mittit β⟩ atque unum ex multitudine procurrentem traicit: V 44, (4.) 5. 6; ex captiuis cognoscit, quae apud Ciceronem gerantur quantoque in periculo res sit. tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet ⟨suadet β⟩, uti ad Ciceronem epistulam deferat: V 48, (2.) 3; quibus omnibus rebus hostes inuitati copias traducunt aciemque iniquo loco constituunt. . . . ac sic nostros contempserunt, ut . . . alii uallum manu scindere, alii fossas complere inciperent. tum Caesar omnibus portis eruptione facta . . . celeriter hostes in fugam dat ⟨*o*⟩: V 51, (1. 4.) 5; (ii ⟨*c*⟩, qui propter ueteres inimicitias nullo modo cum Haeduis coniungi poterant, se Remis in clientelam dicabant. hos illi diligenter tuebantur: ita et nouam et repente collectam auctoritatem tenebant. eo tamen ⟨*Paul; tum αh; cum a*⟩ statu res erat ⟨erant *AQ*⟩, ut longe principes haberentur ⟨*o*⟩ Haedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent: VI 12, 9; magistratus . . . gentibus cognationibusque hominum, quique una ⟨β; qui cum una α; qui tum una *Heller; Db., Dt., Hold.*⟩ coierunt, quantum . . . uisum est agri ⟨*o*⟩ attribuunt: VI 22, 2;) ipse . . . Cenabum Carnutum proficiscitur. qui tum primum adlato nuntio de oppugnatione Vellaunoduni . . . praesidium Cenabi tuendi causa . . . comparabant: VII 11, 4; 56, 2 *u.* ββ); iam Caesar a ⟨*c*⟩ Gergouia discessisse audiebatur, iam de Haeduorum defectione . . . rumores adferebantur Gallique in conloquiis . . . Caesarem inopia frumenti coactum in prouinciam contendisse confirmabant. Bellouaci autem . . . aperte ⟨*o*⟩ bellum parare coeperunt. tum ⟨Q^aβ; cum α⟩ Labienus tanta rerum commutatione longe aliud sibi capiendum consilium . . . intellegebat neque iam ut . . . hostes lacesseret, sed ut incolumem exercitum Agedincum reduceret cogitabat: VII 59, (1—)3 (4); Scipionem . . . impellit . . . iudiciorum metus, ⟨multos *add. (Jurin.) Paul*⟩ adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in re publica iudiciisque tum plurimum pollebant: 1, 4, 3; genus erat pugnae militum illorum, ut magno impetu primo procurrerent ⟨*c*⟩, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere seruarent. . . . haec tum ratio nostros perturbauit insuetos huius generis pugnae: 1, 44, (1—)

Digitized by Google

4; tanta . . tempestas cooritur, ut numquam illis locis maiores ⟨*c*⟩ aquas fuisse constaret. tum autem ex omnibus montibus niues proluit ac summas ripas fluminis superauit pontesque . . . interrupit: 1, 48, (1.) 2; hac permanserunt aquae dies complures . . . . nuntiatur Afranio magnos commeatus ⟨*c*⟩, qui iter habebant ⟨*c*⟩ ad Caesarem, ad flumen constitisse. . . . ad hos opprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius . . . proficiscitur imprudentesque . . . adgreditur. . . . his tamen ⟨tum *Paul*⟩ omnibus **rebus* annona creuit: 1, (50, 1—)52, 1; (interim Oscenses et Calagurritani, qui erant cum ⟨tum *Kindsch.; del. Ciacc.; u. CC*⟩ Oscensibus contributi, mittunt ad eum legatos: 1, 60, 1;) (instructa acie tenere uterque propositum uidebatur: Caesar, *ne* nisi coactus proelium committeret ⟨*c*⟩, ille, ut opera Caesaris impediret. producitur tamen ⟨*z*; tum *Np.; edd.;* cunctando *Koch*⟩ res, aciesque ad solis occasum continentur: 1, 83, 3;) Caesar . . . Trebonio magnopere mandauerat, ne per uim oppidum expugnari pateretur, ne . . . milites . . . omnes puberes interficerent, quod se facturos minabantur; aegreque tunc ⟨tum *Paul*⟩ sunt retenti, quin **in* oppidum inrumperent: 2, 13, (3.) 4; P. Attii equitatus omnis et una leuis armaturae ⟨*c*⟩ interiecti complures, cum se in uallem demitterent ⟨*c*⟩, cernebantur. ad eos Curio equitatum et duas Marrucinorum cohortes mittit; quorum primum impetum equites hostium non tulerunt, sed . . . refugerunt. relicti ab his qui una procurrerant leuis armaturae ⟨*c*⟩ circumueniebantur atque interficiebantur ab nostris. huc tota Vari conuersa acies suos fugere et concidi uidebat. tum ⟨*Ohl;* tunc *af; edd.*⟩ Rebilus, legatus Caesaris, . . . Perterritum, inquit, hostem uides, Curio: 2, 34, (2—)4; (Calenus legionibus equitibusque Brundisii in naues impositis, ut erat praeceptum a Caesare, quantam ⟨*RMenge;* quantum *z; edd.;* quam tum *Faern.*⟩ nauium facultatem habebat, naues soluit: 3, 14, 1;) quibus ⟨de *add. Paul*⟩ rebus neque tum respondendum Caesar existimauit neque nunc ut memoriae prodantur ⟨*c*⟩ satis causae putamus: 3, 17, 1; T. Labienus prodit, . . . altercari cum Vatinio incipit. quorum mediam ⟨*c*⟩ orationem ⟨*c*⟩ interrumpunt subito undique tela immissa; quae ille . . . uitauit; uulnerantur tamen . . . centuriones militesque non nulli. tum Labienus: desinite ergo de compositione loqui; nam . . .: 3, 19, (5—)7; (quae (quadriremes) cum nauibus nostris adpropinquassent, nostri . . . refugiebant, illi studio incitati incautius sequebantur. iam ⟨tum *Voss.*⟩ ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae signo dato se in hostes incitauerunt primoque impetu unam . . . ceperunt, reliquas . . refugere coegerunt: 3, 24, (2.) 3;) Scipio . . . subito se ad Cassium Longiuum . . . conuertit. . . . eodem tempore equitatus regis Cotyis ⟨*c*⟩ ad castra Cassii aduolauit, qui circum Thessaliam esse consuerat. tum ⟨cum *af*⟩ timore perterritus Cassius cognito Scipionis aduentu uisisque equitibus . . . ad montes se conuertit . . . atque . . . Ambraciam uersus iter facere coepit: 3, 36, (2. 4.) 5; (Scipio . . . exercitum uado traducit et castris positis postero die mane copias ante frontem castrorum instruit ⟨*recc.;* struit *z*⟩. Domitius ⟨tum *add. z; edd.; del. Paul*⟩ quoque sibi dubitandum non putauit, quin productis legionibus proelio decertaret: 3, 37, (1.) 2;) quicumque alterum obsidere conati sunt, perculsos atque infirmos hostes [adorti] aut proelio superatos . . . continuerunt, cum ipsi numero . . . praestarent; causa autem obsidionis haec fere esse consueuit, ut frumento hostes prohiberent. at ⟨ac *Nbhl*⟩ tum integras atque incolumes copias Caesar ⟨*c*⟩ inferiore ⟨*c*⟩ militum numero continebat, cum illi omnium rerum copia abundarent: 3, 47, (2.) 3; (neque proelio decertare uoluit, quae res tamen ⟨tum *coniec. Clark.; Oud.*⟩ fortasse aliquem reciperet casum: 3, 51, 5;) signo iam profectionis dato . . . animum ⟨*c*⟩ aduersum est paulo ante extra cotidianam consuetudinem longius a uallo esse aciem Pompei progressam, ut non iniquo loco posse dimicari uideretur. tunc ⟨tum *f; Paul*⟩ Caesar apud suos, cum iam esset agmen in portis, Differendum est, inquit, iter in praesentia nobis et de proelio cogitandum . . .: 3, 85, (3.) 4; Labienus . . . inquit. . . . haec cum dixisset, iurauit se nisi uictorem in castra non reuersurum reliquosque ut idem facerent hortatus est. hoc laudans Pompeius idem iurauit; nec uero ex reliquis fuit quisquam, qui iurare dubitaret. haec tum ⟨*Madu.;* cum *z; edd.;* ubi *Paul*⟩ facta sunt in consilio, magnaque ⟨*Madu.;* que *om. z; edd.*⟩ spe et laetitia omnium discessum est: 3, 87, (1—)7; his tunc ⟨tum *Paul*⟩ cognitis rebus amici regis . . . iis ⟨*c*⟩, qui erant ab eo (Pompeio) missi, palam liberaliter responderunt eumque ad regem uenire iusserunt: 3, 104, 1; quaeque ⟨*c*⟩ ibi ⟨*c*⟩ naues . . . tempestate paulum suo cursu decesserunt, has more praedonum diripere consuerunt. iis ⟨*c*⟩ autem inuitis, a quibus Pharus ⟨*c*⟩ tenetur, non potest esse propter angustias nauibus introitus in

Digitized by Google

portum. hoc tum ueritus Caesar hostibus in pugna occupatis . . . Pharum ⟨*c*⟩ prehendit atque ibi praesidium posuit: 3, 112, (3—)5.

β) **additur demum, etiam, uero;** αα) **tum demum** *u.* **demum** *p. 859 sq. (4 loc.).*

ββ) **etiam tum** *u.* **etiam A. c)** *p. 1142 sq. (2 loc.).*

γγ) **tum uero:** Caesar . . . alarios . . . pro castris minoribus constituit . . .; ipse triplici instructa acie usque ad castra hostium accessit. tum demum ⟨uero B^2β⟩ necessario Germani suas copias castris eduxerunt: I 51, (1.) 2; hi constanter omnes nuntiauerunt manus cogi, exercitum ⟨*c*⟩ in unum locum conduci. tum uero dubitandum non existimauit, quin ad eos proficisceretur ⟨*c*⟩: II 2, (4.) 5; armis obsidibusque acceptis Crassus in fines Vocatium ⟨*c*⟩ et Tarusatium profectus est. tum uero barbari commoti . . . legatos quoque uersum ⟨*c*⟩ dimittere, coniurare, obsides inter se dare, copias parare coeperunt): III 23, (1.) 2; prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his ⟨*c*⟩ uideri aut quid rei gereretur cognosci posset. tum uero clamore ab ea parte audito nostri redintegratis uiribus . . . acrius impugnare coeperunt: III 26, (3.) 4; interim, dum de condicionibus inter se agunt . . ., paulatim circumuentus (Sabinus) interficitur. tum uero suo more uictoriam conclamant atque ululatum tollunt impetuque in nostros facto ordines perturbant: V 37, (2.) 3; neque finem prius sequendi fecerunt (milites), quam muro oppidi ⟨*c*⟩ portisque adpropinquarunt ⟨*c*⟩. tum uero ex omnibus urbis partibus orto clamore qui longius aberant repentino tumultu perterriti, cum hostem ⟨*c*⟩ intra portas esse existimarent, sese ⟨*c*⟩ ex oppido eiecerunt: VII 47, (3.) 4; pugnatur acriter ad nouissimum agmen, adeo ut paene terga conuertant. . . . instabat agmen Caesaris atque uniuersum imminebat. tum uero neque ad explorandum idoneum locum castris neque ad progrediendum data facultate consistunt necessario et . . . iniquo loco castra ponunt: 1, (80, 5;) 81, 1; ei (Varroni) . . . litterae . . redduntur, . . . consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium . . ., ut . . . urbem insulamque Caesari seruarent. . . . his cognitis rebus altera ex duabus legionibus . . . signa sustulit seseque Hispalim recepit. . . . quod factum adeo eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet. quibus rebus perterritus Varro, cum itinere conuerso sese Italicam ⟨*c*⟩ uenturum praemisisset ⟨*c*⟩, certior . . . factus est praeclusas esse portas. tum uero omni interclusus itinere ad Caesarem mittit paratum se ⟨*c*⟩ esse legionem . . . tradere: 2, 20, (2—) 7; Curio . . . proximos colles capere uniuersos atque eo signa inferri iubet. hos quoque praeoccupat missus a Saburra equitatus. tum uero ad summam desperationem nostri perueniunt et partim fugientes . . . interficiuntur, partim integri procumbunt: 2, 42, (1.) 2.

B. = **deinde, post; a) propr. (de tempore):** horum aduentu tanta rerum commutatio est facta, ut nostri, etiam qui uulneribus confecti procubuissent, scutis innixi proelium redintegrarent. tum ⟨*om.* β; redintegrarent, tum *Schn., Np.*⟩ calones perterritos hostes conspicati etiam inermes armatis occurrerunt ⟨occurrerent β; *Schn., Np.*⟩, equites uero, ut turpitudinem fugae uirtute delerent, omnibus in locis † pugnant ⟨pugnae β; *Schn.*⟩, quo ⟨*om.* β; *Schn.*; pugnant quo *del. Np.*; pugnando *Koch*; pugnarunt, quo *Vielh.*; *Dt.*⟩ se legionariis militibus praeferrent: II 27, 1. 2; IV 25, 5 *u.* **A. c) α) γγ);** longius delatus aestu ⟨*c*⟩ orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit. tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut . . .: V 8, (2.) 3; cum . . nostri . . . equestri proelio superiores fuissent, . . . hostes suos ⟨*o*⟩ ab oppugnatione reduxerunt. tum suo more ⟨suo m. *del. RSchn.*; sine mora *Hartz*⟩ conclamauerunt, uti ⟨*c*⟩ aliqui ex nostris ad conloquium prodiret: V 26, (3.) 4; 43, 7 (*et* 44, 6) *u.* **A. c) α) γγ);** (epistula) ad Ciceronem defertur. ille perlectam in conuentu militum recitat maximaque omnes laetitia adficit. tum fumi incendiorum procul uidebantur, quae res omnem dubitationem aduentus legionum expulit: V 48, (9.) 10; Galli . . . flumen transire et iniquo loco committere proelium non dubitant. quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur. tum praemissis paulum impedimentis . . . Habetis, inquit, milites, quam petistis facultatem: VI 8, (1—) 3; nulla (se) Ambiorigi auxilia misisse. Caesar explorata ⟨*o*⟩ re quaestione captiuorum, si qui ad eos Eburones ex fuga conuenissent, ad se ut reducerentur imperauit; si ita fecissent, fines eorum se uiolaturum negauit. tum ⟨Tunc *a*⟩ copiis in tres partes distributis impedimenta omnium legionum Aduatucam ⟨*c*⟩ contulit: VI 32, (1—) 3; Carnutes se . . . principes . . . bellum facturos pollicentur et . . . iure iurando ac fide sanciatur petunt . . ., ne facto initio belli ab reliquis deserantur. tum conlaudatis Carnutibus dato iure iurando ab omnibus, qui aderant, . . . *a concilio ⟨*c*⟩ discedit: VII 2, (1—) 3.

b) trsl. (in enumeratione = praeterea); α): id aliquot de causis acciderat, ut subito Galli belli renouandi . . . consilium caperent: primum, quod legionem . . . propter paucitatem despiciebant; tum etiam, quod ⟨*om.* β⟩ propter iniquitatem loci . . . ne primum quidem posse ⟨*o*⟩ impetum suum sustineri existimabant. accedebat quod suos ab se liberos abstractos . . . dolebant: III 2, (2—) 4 (5).

β): II 27, 1 *u.* **a);** II 29, 3 *u.* **A. c) α) γγ);** mouet castra et . . . multitudinem hostium conspicatur. erat magni periculi res tantulis ⟨cum tantis β⟩ copiis iniquo loco dimicare; tum ⟨tunc β⟩, quoniam obsidione liberatum Ciceronem sciebat, aequo animo remittendum de celeritate existimabat: consedit et quam aequissimo loco ⟨*o*⟩ potest castra communit: V 49, (5.) 6; singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque ⟨*c*⟩ modi Gallorum occurrebant. . . . nam et laqueis falces auertebant . . . et aggerem cuniculis subtrahebant . . . . totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerant atque has coriis intexerant. tum crebris diurnis nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem inferebant aut milites occupatos ⟨*o*⟩ in opere adoriebantur et . . . adaequabant et . . . morabantur . . .: VII 22, (1—) 4; Labienus . . . ut incolumem exercitum Agedincum ⟨*o*⟩ reduceret cogitabat. namque ⟨nam cum (cũq. *a*) β⟩ altera ex ⟨*o*⟩ parte Bellouaci . . . instabant, alteram ⟨*c*⟩ Camulogenus parato atque instructo exercitu tenebat; tum ⟨β; cum α⟩ legiones . . . maximum flumen distinebat: VII 59, (4.) 5; at Caesaris exercitus optima ualetudine summaque aquae copia utebatur, tum ⟨ualetudine utebatur, cumque aquae copia, tum *Paul*⟩ commeatus omni genere praeter frumentum abundabat: 3, 49, 6.

2. cum . . . tum *u.* **cum** *p. 798 sq. (18 (19) loc.).*

[**False:** hostes ⟨*o*⟩ . . . se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis coartantur ⟨β; *Schn.*; coaceruati tum α; coaceruantur *reco.; rell. edd.*⟩. Germani acrius . . . sequuntur ⟨*c*⟩: VII 70, 3.]

tumultuo(r): uno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari et . . . et . . .: VII 61, 3.

tumultuose: mittit complures equitum turmas . . ., imperat, ut paulo tumultuosius omnibus locis uagarentur ⟨peruagarentur *hl;* peruagentur *af; Schn.*⟩: VII 45, 1.

tumultus. A. = strepitus, fremitus, clamor, turbae, perturbatio; a) obi.: Vibullius sedato tumultu, quem repentinus aduentus Caesaris concitauerat, . . . de mandatis Caesaris agere instituit: 3, 18, 3; 106, 5 *u.* **B. a)** sedare.

b) gen.: totis ⟨*o*⟩ trepidatur castris atque alius ex alio causam tumultus quaerit: VI 37, 6; ¶ omniaque erant tumultus, timoris, fugae plena ⟨plenũ *ah*⟩, adeo ut . . .: 3, 69, 4.

c) abl.: tum uero ex omnibus urbis partibus orto clamore qui longius aberant repentino tumultu ⟨-to *B*⟩ perterriti, cum hostem ⟨*o*⟩ intra portas esse existimarent, sese ⟨*o*⟩ ex oppido eiecerunt: VII 47, 4; ¶¶ maiore strepitu et tumultu, quam populi Romani fert consuetudo, castra moueri iubet: VI 7, 8; — quinque (cohortes) . . . de media nocte cum omnibus impedimentis aduerso flumine magno tumultu ⟨tumulto *B*¹⟩ proficisci imperat: VII 60, 3.

d) c. praep.: secunda uigilia magno cum strepitu ac tumultu castris egressi . . . fecerunt, ut: II 11, 1.

B. = bellum repentinum, motus, rebellio, incursio subita; a) obi.: (Pompeiani) in auersos nostros impetum fecerunt atque . . . terga uertere coegerunt. hoc tumultu nuntiato Marcellinus **cohortes subsidio nostris laborantibus submittit: 3, 64, 1; ¶ Alexandriae . . . concursum ad se fieri uidet. . . . hoc sedato tumultu crebrae continuis ⟨*CC*⟩ diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant: 3, 106, 5; ¶ (sic et ad subeundum periculum et ad uitandum multum ⟨tumultum β⟩ fortuna ualuit: VI 30, 4.)

b) gen.: initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Catuuolco: V 26, 1; hanc enim (legionem) initio tumultus euocauerat ⟨*u.* *CC*⟩: 1, 7, 7; ¶ animaduertit multa undique portari atque agi plenissimis uiis, quae repentini tumultus timore ex agris in urbem conferantur ⟨*CC*⟩: 2, 25, 2.

c) abl.: factum etiam nuper (eius hostis periculum) in Italia seruili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina . . . subleuarent: I 40, 5.

tumulus. A. subi.: Pompeius tumulum quendam occupauit, qui tantum aberat a nostro castello, ut: 3, 51, 8; ¶ planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis: I 43, 1; in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior; quem si occupauisset Caesar et communisset ⟨communiuisset *al*⟩, ab oppido . . . se interclusurum aduersarios confidebat: 1, 43, 1. 2.

B. obi.: communire: 1, 43, 2 *u.* **A.** *extr.;* ¶ (multis in ciuitatibus harum rerum exstructos

Digitized by Google

cumulos ⟨*Ald.*; tumulos *X*; *edd.*⟩ locis consecratis ⟨*o*⟩ conspicari licet: VI 17, 4;) ¶ illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus muniuerunt ⟨-ierunt *f?*; *Np.*, *Dt.*⟩ praesidiumque ibi posuerunt: 1, 47, 4; ¶ occupare *u.* **occupo** *p. 880* α) *(3 loc.)*; ¶ Afraniani, quod . . . nostrorum impetum sustinuissent et *ab initio locum tumulumque tenuissent ⟨et initio . . . tenuissent *om. hl*⟩, quae causa pugnandi fuerat: 1, 47, 2.

C. e. praep.; a) ab: legionem Caesar . . . passibus ducentis ab eo tumulo constituit: I 43, 2.

b) ad: Caesar receptui suorum timens crates ad extremum tumulum contra hostem proferri . . . iussit: 3, 46, 1.

(c) aduersus: milites . . . ex inferiore loco aduersus cliuum ⟨*P. Manut.*; pilum *z*; tumulum *Faern.*⟩ incitati cursu praecipites Pompeianos egerunt ⟨*e*⟩: 3, 46, 5.)

d) ex: hostes . . . tantam uirtutem praestiterunt, ut, cum primi eorum cecidissent ⟨*e*⟩, proximi iacentibus insisterent atque . . . pugnarent, his deiectis et coaceruatis cadaueribus qui superessent ut ex tumulo tela in nostros coicerent et pila intercepta remitterent: II 27, (3.) 4.

e) in c. acc.: calones in proximum ⟨primum *ah*⟩ tumulum ⟨tumultum *l*⟩ procurrunt. hinc deiecti . . .: VI 40, 1; ¶ quod prius in tumulum Afraniani uenerant, nostri repelluntur: 1, 43, 5.

f) in c. abl.: tum praemissis paulum impedimentis atque in tumulo quodam conlocatis . . inquit: VI 8, 3; ¶ (ponere in t.: 1, 47, 4 *u.* B. munire.)

g) pro: pugnare pro t.: 1, 47, 4 *u.* B. munire.

D. e. aduerb.: Caesari nuntiatum est equites Arioui sti propius tumulum accedere: I 46, 1.

tunc: postero die in tres partes distributo equitatu duae se acies ab duobus lateribus ostendunt, una a ⟨*e*⟩ primo agmine iter impedire coepit. qua re nuntiata Caesar suum quoque equitatum tripertito diuisum contra hostem ire iubet. pugnatur una ⟨tunc *add.* β; *Schn.*⟩ omnibus in partibus: VII 67, (1—) 3; sed cum loci natura et ⟨tum *E. Hoffm.*⟩ munitio castrorum adiri tunc prohibebat, tum ⟨*ego*; adiri tunc *x*; adiri tunc prohibebat *E. Hoffm.*; aditum prohibebant, tum *O*; *edd.*⟩ quod ad proelium egressi Curionis milites iis rebus indigebant, quae: 2, 35, 5; — V 41, 1 *et* 2, 13, 4 *et* 2, 34, 4 *et* 3, 85, 4 *et* 3, 104, 1 *u.* **tum** 1. A. e) α) γγ) *p. 2227 sqq.*; — VII 56, 2 *u.* **tum** 1. A. e) α) ββ).

[Falso: V 49, 6 *u.* **tum** 1. B. b) β) *p. 2233*; hunc cum reliquis rebus locum probarat ⟨*e*⟩ tum ⟨tunc α⟩ quod superioris anni munitiones integrae manebant: VI 32, 5.]

tunica: omnes fere milites aut ex coactis aut ex centonibus aut ex coriis tunicas aut tegimenta fecerant, quibus tela uitarent: 3, 44, 7.

Tuotomatus *u.* **Teutomatus.**

turba: hac ⟨ac *afl*⟩ fugientium multitudine ac turba portae castrorum occupantur atque iter impeditur: 2, 35, 3; [3, 38, 3 *u.* **turma** *init.*]

turbate: his de causis aguntur omnia raptim ⟨*Ald.*; ruptim *z*⟩ atque turbate: 1, 5, 1.

turbidus: L. Domitius . . . nactus turbidam tempestatem profectus est: 2, 22, 2.

(**turbo**: Caesar de analogia II turbonem, non turbinem etiam in tempestate dici debere ait, ut Cato Catonis, non ut homo hominis: *Charis. art. gramm. I p. 145.*)

turbulent(issim)us: (tribuni pl.) de sua salute septimo die cogitare coguntur, quod illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni plebis *post* octo denique menses . . . respicere ac timere consuerant ⟨*e*; *u. CC*⟩: 1, 5, 2.

turma. A. subl.: equitum ⟨*e*⟩ magnam ⟨*e*⟩ partem . . . praemisit. qui cum essent progressi primaeque turmae ⟨turbae *af*⟩ insidias intrauissent, ex fremitu equorum inlata suspicione . . . se recipere coeperunt: 3, 38, 3; ¶ (per)uagari: VII 45, 1 *u.* B. mittere; ¶ sequi: VII 88, 1 *u.* B. uidere.

γγ) **Cingulo ... ad**: etiam Cingulo, quod oppidum Labienus ... exaedificauerat, ad eum legati ueniunt quaeque imperauerit se cupidissime facturos pollicentur: 1, 15, 2; neque Brundisio naues legionesque ad Caesarem ueniebant: 3, 25, 1.

δδ) **ex ... in**: postquam (Caesar) ex Menapiis in Treueros uenit: VI 9, 1.

εε) **eo ... ex**: nuntiatur Afranio magnos commeatus ... ad flumen constitisse. uenerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo. erant ⟨uenerant *Paul*⟩ praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum seruis *libertisque. ... erant ⟨uenerant *Paul*⟩ complures honesti adulescentes, senatorum filii et ordinis equestris; erant ⟨uenerant

Digitized by Google

Paul⟩ legationes ciuitatum; erant ⟨uenerant *Paul*⟩ legati Caesaris: 1, 51, 1 (— 3).

(ζζ) **ex . . . Vticam:** † neque enim ex Marsis Paelignisque ueniebant, ut qui superiore nocte in contuberniis commilitesque nonnulli grauiora ⟨*sic x*; neque e. ex M. P.que ueniebant Vticam, qui non [superiore nocte] tuto a Vari in Curionis castra commearent. itaque nonnulli grauiores . . . *Dt.*⟩: 2, 29, 4.)

ζ) **et quo et quo consilio; αα) causa . . . ad:** quo facilius finitimorum equitatum, si praedandi causa ad eos uenissent ⟨uenisset *Ald.*; *Fr.*⟩, impedirent: II 17, 4; 24, 4 *u.* δ) δδ).

ββ) **de . . . ad:** Iccius Remus, . . . unus ⟨*c*⟩ ex iis, qui legati de pace ad Caesarem uenerant, nuntium . . . mittit: II 6, 4; eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de pace uenerunt: IV 36, 1; qui quacumque ⟨*c*⟩ de causa ad eos uenerunt ⟨uenerint $NQ^{p}a^{s}f$; *Aim.*⟩, ab ⟨*c*⟩ iniuria prohibent: VI 23, 9; cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5.

γγ) **ad . . . supinum:** subitoque oppressis lignatoribus (Ambiorix et Catuuolcus) magna manu ad castra oppugnatum ⟨oppugnanda β⟩ uenerunt: V 26, 2; iam prope hieme confecta . . . legati ad eum principes Haeduorum ueniunt ⟨uenerunt β⟩ oratum, ut . . . ciuitati subueniat: VII 32, 2; ¶ se ex ciuitate profugisse et Romam ad senatum uenisse auxilium postulatum: I 31, 9.

δδ) **in . . . causa:** cum in minora castra operis perspiciendi causa uenisset: VII 44, 1.

εε) **eo . . . causa:** Gaiumque Gallonium, equitem Romanum, . . . qui eo procurandae hereditatis causa uenerat missus a Domitio, oppido Gadibus praefecit: 2, 18, 2; gratias agit . . . tribunis militum centurionibusque, qui eo praesidii causa uenerant: 2, 21, 1.

ζζ) **quo . . . supinum:** Vercingetorigem . . . eo ⟨*c*⟩ profectum, quo nostros postero die pabulatum uenturos arbitraretur: VII 18, 1.

ηη) **(alio) consilio in:** quod . . . alio se ⟨*c*⟩ in hiberna consilio uenisse meminerat, aliis occurrisse rebus uiderat: III 6, 4.

ϑϑ) **eo . . . ad conloquium:** eo, ut erat dictum, ad conloquium uenerunt (Caesar et Ariouistus): I 43, 1.

ιι) **ad . . . in . . . causa:** postridie eius diei mane . . . Germani ⟨*o*⟩ frequentes . . . ad eum in castra uenerunt, simul, ut dicebatur, sui purgandi ⟨*o*⟩ causa . . ., simul ut . . . impetrarent: IV 13, 4. 5.

η) **et unde et quo consilio:** prius quam subsidio ex oppido ueniri posset ⟨uenire possent β⟩: VII 36, 7; ¶ eodem tempore . . . legati ab Haeduis et a Treueris ueniebant: Haedui questum, quod Harudes . . . fines eorum popularentur . . .; Treueri autem, pagos centum Sueborum ad ripas Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur: I 37, 1—3.

ϑ) **et unde et quo et quo consilio:** quo ex oppido cum legati ad eum uenissent oratum, ut sibi ignosceret suaeque uitae consuleret, . . . iubet: VII 12, 3.

B. trsl.; a) de tempore: dies uenit *u.* **dies** *p. 903* **B. a)** *(3 loc.);* ¶ conuocatisque ad consilium ⟨*c*⟩ praefectis equitum uenisse tempus uictoriae demonstrat: VII 66, 3.

b) uenire in statum uel condicionem alqam et simil. *u.* **in** *p. 108 sq. (33 loc.)*

c) usu(s) uenit: ut, si usus ueniat, suum quisque locum . . . nouerit: VII 80, 1; ¶ quod haec de Vercingetorige usu ⟨*a*; usus αhl⟩ uentura opinione praeceperat: VII 9, 1.

Additur nomen ui praedicati: legati: II 6, 4; VII 32, 2; nuntii: II 7, 1; *cf.* **A. a)** β); ¶ **uenire cum** *u.* **cum** *p. 763* α) *(12 loc.)*; una cum alqo: IV 27, 2; — magno comitatu et multis iumentis: 3, 61, 1; (omnibus copiis: II 29, 1;) magna manu: V 26, 2; — nauibus ⟨cum nau. *edd. uett.*; *Paul*⟩: 1, 31, 3; — sine exercitu: I 34, 3; sine scuto: II 25, 2.

Aduerb.: (ante: II 19, 5;) celeriter: IV 21, 8; V 46, 2; 1, 19, 1; *ap. Cic. ad. Att.* IX 6 *A*; celerius: II 3, 1; confestim: VII 70, 6; 1, 39, 3; mane: IV 13, 4; 3, 41, 5; necessario: 1, 58, 2; (nondum: 1, 7, 7; 87, 3;) nuper: VII 57, 1; obuiam: VII 28, 1; prius: I 44, 7; 1, 43, 5; propius: 1, 58, 2; saepe: VI 43, 4; tuto(?): 3, 19, 3; ultro: V 56, 1; una: 3, 4, 5.

casu: 2, 19, 4; cotidiana consuetudine: 3, 37, 5; tanta contemptione nostri: V 29, 2; magna exspectatione: 3, 37, 4; tanta oportunitate et celeritate: VII 20, 1; alia ratione: I 42, 4; ¶ cursu: VI 37, 1; magnis itineribus (confectis): V 48, 2; VII 56, 3; parua parte noctis itinere intermisso: 3, 41, 5; ¶ missu alcs: VI 7, 2; ¶ ad imperatum: VI 2, 3; — contra omnium opinionem: VII 56, 3; de improuiso: II 3, 1; ¶ pro perfuga: III 18, 3; ¶ ad diem: VII 77, 10; altero (postero, quo) die, paucis (quibus) diebus, tribus horis, paucis mensibus ante, eo triduo, postridie, eodem tempore, isdem fere tempori-

Digitized by Google

bus, a. d. VII. Id. Mart. *15 loc.;* per tempus conloquii: 1, 77, 1.

uenisse (legatos) qui dicerent *et sim.* IV 21, 5; 22, 1; V 10, 2; 2, 36, 3; ut: IV 13, 5.

uentito: quod . . . multum . . ad eos (Vbios) mercatores uentitant: IV 3, 3; C. Arpineius ⟨*c*⟩ . . . et Q. Iunius . . ., qui iam ante missu Caesaris ad Ambiorigem uentitare consuerat ⟨consuerunt *M;* consueuerant β⟩: V 27, 1; ¶ cum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in castra uentitaret: IV 32, 1.

(**Ventius:** T. Baluentio ⟨uentio β⟩ qui superiore anno primum pilum duxerat ⟨*c*⟩, uiro forti et magnae auctoritatis, utrumque femur tragula traicitur: V 35, 6.)

uentus. A. subl.; a): coepisse: III 13, 9 *u.* saeuire; ¶ consuesse: V 7, 3 *u.* flare; ¶ septimo oppugnationis die maximo coorto uento feruentes . . . glandes fundis ⟨*c*⟩ et feruefacta ⟨*o*⟩ iacula in casas . . . iacere coeperunt: V 43, 1; ¶ hunc (ignem) sic distulit uentus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormenta flammam ⟨*c*⟩ conciperent: 2, 14, 2; ¶ etesiis tenebatur, qui nauigantibus Alexandria sunt ⟨fiunt *x;* flant *Paul*⟩ aduersissimi uenti: 3, 107, 1; ¶ ac iam conuersis in eam partem nauibus, quo ⟨in quam β⟩ uentus ferebat, tanta subito . . . tranquillitas exstitit, ut: III 15, 3; ¶ (fieri: 3, 107, 1 *u.* esse;) ¶ quod Corus ⟨chorus *X; Schn., Hold.*⟩ uentus nauigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his ⟨*c*⟩ locis ⟨*om.* α⟩ flare consueuit: V 7, 3; quod certe ⟨certi *Gron.;* cori *Madu.; idem olim* cercii, *quod ipse reiecit*⟩ saepe flauerant uenti, quibus necessario committendum existimabat: 3, 25, 1; neque ullus flare uentus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberent ⟨*c*⟩: 3, 47, 4; (107, 1 *u.* esse;) ¶ impedire: V 7, 3 *u.* flare; ¶ (intermittitur uentus: V 8, 2 *u.* **D.** intermittere;) ¶ posse: 3, 47, 4 *u.* flare; ¶ nostri . . . impetum classis timebant, si forte uentus remisisset: 3, 26, 4; ¶ accedebat ut, cum saeuire uentus coepisset et se ⟨saeuire uentus coepisset et *om.* β; et se *om.* α⟩ uento (naues) dedissent ⟨et se uento ded. *om. Grut.; Fr.*⟩, et tempestatem ferrent facilius et in uadis consisterent tutius et ab aestu relictae ⟨*c*⟩ nihil saxa et cautes ⟨*c*⟩ timerent: III 13, 9.

b) abl. abs.: naues XVIII . . . ex superiore portu leni uento soluerunt: IV 28, 1; — duriusque ⟨cupidiusque *Kran.*⟩ cotidie tempus ad transportandum lenioribus ⟨saeuioribus *Wölff.; Dt.*⟩ uentis exspectabant ⟨expectabat *Wölff.; Dt.*⟩: 3, 25, 3; ¶ hostes . . . secundo magnoque uento ignem operibus inferunt: 2, 14, 1; Cassius . . . magno uento et secundo completas onerarias naues taeda et pice . . . in Pomponianam classem immisit: 3, 101, 2; ¶ cum iam nostris ⟨*c*⟩ remissiore uento adpropinquasset ⟨*c*⟩, idem auster increbruit nostrisque praesidio fuit: 3, 26, 2.

B. praed.: 3, 107, 1 *u.* **A. a)** esse.

C. appositio: corus uentus: V 7, 3; (3, 25, 1) *u.* **A. a)** flare.

D. obl.: leni Africo prouectus media circiter nocte uento intermisso cursum non tenuit: V 8, 2; ¶ nancisci *u.* **nanciscor** *p. 689* **a)** *(4 loc.)*

E. dat.: committere: 3, 25, 1 *u.* **A. a)** flare; ¶ se dare: III 13, 9 *ib.* saeuire.

F. genet.: tantas tempestates Oceani tantosque impetus uentorum sustineri ⟨sustinere α⟩ . . . non satis commode posse ⟨*om.* β⟩ arbitrabantur: III 13, 6; ¶ hae ⟨*c*⟩ (casae) celeriter ignem comprehenderunt et uenti magnitudine in omnem locum ⟨*o*⟩ castrorum distulerunt: V 43, 2; cumque ignis magnitudine uenti latius serperet: 3, 101, 6; ¶ subito ui uentorum ⟨ui uent. *pr. edd.;* iumentorum *x*⟩ et aquae magnitudine pons est interruptus: 1, 40, 3; praeteruectosque Dyrrachium magna ui uenti nihilo setius sequebatur: 3, 26, 3.

G. abl.: quae (naues) ex eo loco a ⟨*c*⟩ milibus passuum octo uento tenebantur, quo minus in eundem portum uenire possent: IV 22, 4.

H. c. praep.: qui (locus) . . . aditum . . habet nauibus mediocrem atque eas a quibusdam protegit uentis: 3, 42, 1.

Venus: nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater; a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra: *ap. Suet.* I 6.

uer: concilio Galliae primo uere, ut ⟨*c*⟩ instituerat, indicto . . . concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4.

Veragri. *H. Kiepert inscriptionum et Plinii testimonium secutus* Varagros *eos dicendos censet. Caesaris codd. omnes constanter habent* Veragr. *(Cf. Glück p. 20. 175.)*

(Caesar) Ser. Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuates ⟨*c*⟩, Veragros Sedunosque misit, qui a ⟨*c*⟩ finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1, 1; *cf.* § 3. 4; constituit . . . (Galba) ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in uico Veragrorum, qui appellatur Octodurus, hiemare: III 1, 4;

Digitized by Google

cf. qu. sqq.; (certior factus est . . . omnes noctu discessisse montesque, qui impenderent, a maxima multitudine Sedunorum et Veragrorum teneri: III 2, 1; *cf.* 2, 2 — 6, 5.

Verbigenus. *Cf. Glück p. 167—170.*

hominum milia sex eius pagi, qui Verbigenus appellatur, e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum . . . contenderunt: I, 27, 4.

uerbum. **A. obl.**: pro his Diuiciacus . . . facit uerba: II 14, 1; ¶ tamquam scopulum, sic fugias inauditum ⟨infrequens *Macrob.*⟩ atque insolens uerbum: *ap. Gell.* I 10, 4; *cf. Macrob. sat.* I 5, 2; ¶ iudicia in priuatos reddebat, qui ⟨reddebat; qui *Db., Dt.*⟩ uerba atque orationem aduersus rem publicam habuissent; eorum ⟨habuissent, eorum *Db., Dt.*⟩ bona in publicum addicebat: 2, 18, 5; ¶ qui (Rufus) sententiam Calidii paucis fere mutatis † rebus ⟨uerbis *edd. uett.*⟩ sequebatur: 1, 2, 4.

(**B. dat.**: lenibus atque utinam scriptis ⟨uerbis *Scal.*⟩ adiuncta foret uis: *ap. Suet. uit. Terent.* 5.)

C. gen.: equites . . . magna cum contumelia uerborum nostros ad pugnam euocant: V 58, 2; Labienus . . . captiuos . . . magna uerborum contumelia interrogans, solerentne ueterani milites fugere, in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4; de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque ⟨*c*⟩ Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt: 3, 83, 1.

D. abl.: eadem fere atque isdem uerbis ⟨*Clark.*; rebus *x*; de rebus *Ald.*⟩ praetor Roscius agit cum Caesare, sibique Pompeium commemorasse demonstrat: 1, 8, 4; ¶ Caesar Gallorum animos uerbis confirmauit: I 33, 1; ¶ paucis cum esset in utramque partem uerbis disputatum: 1, 86, 3; ¶ haec cum pluribus uerbis flens a Caesare peteret: I 20, 5.

E. e. praep.: prouinciam omnem in sua et Pompei uerba ius iurandum adigebat: 2, 18, 5; ¶ postulat ⟨*c*⟩, ut iurent ⟨*c*⟩ omnes se exercitum ducesque non deserturos. . . . princeps in haec uerba iurat ipse; idem ⟨iurat. ipse idem *Oahl*⟩ ius iurandum adigit Afranium: 1, 76, 3.

Vercassiuellaunus. *Haec forma exstat in X* VII 83, 6, *in* α VII 85, 4 *et* 88, 4; cassiuellaunus *est in* β VII 88, 4; uercassilaunum *in* β VII 85, 4; *ualde discrepant codd.* VII 76, 3: Uer cassiane uno *est in AQ*, uercassia neuno *in BM*, uergasilauno *in a*, Vergasilauno *in h. Cf. Glück p. 171—183; H. d'Arbois I p. 183—224.*

praefecti constituebantur. Commio Atrebati, Viridomaro et Eporedorigi Haeduis, Vercassiuellauno Aruerno, consobrino ⟨*c*⟩ Vercingetorigis, summa imperii traditur ⟨praef. constituebantur commius atrebas, uiridomarus et eporedorix hedui. uergasilauno ⟨*c*⟩ . . . traditur β⟩: VII 76, 3; *cf.* § 4; his copiis Vercassiuellaunum Aruernum, unum ex quattuor ducibus, propinquum Vercingetorigis ⟨prop. Verc. *del. Nitsche*⟩, praeficiunt: VII 83, 6; *cf.* § 7. 8; maxime ad superiores munitiones laboratur, quo Vercassiuellaunum missum demonstrauimus: VII 85, 4; Vercassiuellaunus Aruernus ⟨-norum β⟩ uiuus in fuga comprehenditur: VII 88, 4.

Vercingetorix. *Leui errore scriptum est* uergingetorix *in BM* VII 9, 6, *in hl* VII 4, 1, *in B* VII 35, 6; uercintorige *in AQB* VII 44, 5, *in AB* VII 33, 1; ueruingetorix *in af* VII 4, 1; ue cing&orix *in A* VII 53, 2; *reliquis locis omnibus* uercingetorix *uidetur exstare in X. (Cf. Glück p. 76 et 175; H. d'Arbois I p. 145—182.)*

Fallue, Léon, Mouvements stratégiques de César et de Vercingétorix, in: Rev. archéol. 1858 p. 275—284; Girard, Mich. Ant., Histoire de Vercingétorix. Clermont-Ferrand, 1864; Chappe, Léop., Vercingétorix. Étude. Paris 1866; Hélie, A., Alise et Vercingétorix. Paris 1867; Lyvron, Louis de, Vercingétorix. Paris 1869; Monnier, Francis, Vercingétorix et l'indépendance gauloise ². Paris 1875; Fröhlich, Franz, Vercingetorix als Staatsmann und Feldherr. Progr. Zürich 1876; A. Réville, Vercingétorix et la Gaule. Revue des deux mondes 1877 p. 838—869.

simili ratione ibi (in Aruernis) Vercingetorix, Celtilli filius, Aruernus, summae potentiae adulescens, cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, a ⟨*c*⟩ ciuitate erat interfectus, conuocatis suis clientibus facile incendit ⟨facere intendit β⟩: VII 4, 1; *cf.* 4, 2—5, 2; celeriter haec fama ac ⟨*om.* β⟩ nuntiis ⟨*recc.*; nuntii *X*⟩ ad Vercingetorigem perferuntur ⟨perferunt β⟩: VII 8, 4; *cf. qu. sqq.* § 4. 5; biduum in his locis moratus, quod haec de Vercingetorige usu ⟨*c*⟩ uentura opinione praeceperat, . . . ab exercitu discedit: VII 9, 1; hac re cognita Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit ⟨*c*⟩ atque inde profectus Gorgobinam, Boiorum oppidum, . . . oppugnare instituit: VII 9, 6; Vercingetorix, ubi de Caesaris aduentu cognouit, oppugnatione ⟨*c*⟩ desistit ⟨*c*⟩ atque obuiam Caesari profici-

Digitized by Google

scitur: VII 12, 1; parte iam obsidum tradita ... equitatus hostium procul uisus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat ⟨*c*⟩: VII 12, 4; Vercingetorix tot continuis incommodis Vellaunoduni, Cenabi, Noiodoni acceptis suos ad concilium conuocat: VII 14, 1; *cf.* § 2—10; datur petentibus uenia dissuadente primo Vercingetorige, post concedente: VII 15, 6; Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus ⟨*o*⟩ subsequitur: VII 16, 1; *cf. qu. sqq.* § 1—3; cognouit Vercingetorigem consumpto pabulo castra mouisse propius Auaricum: VII 18, 1; *cf. qu. sqq.*; Vercingetorix, cum ad suos redisset, proditionis insimulatus ... haec respondit: VII 20, 1. 2; *cf.* 20, 3—21, 1; (haec, inquit, a me ⟨Vercingetorix *add. X; edd.; del. Gilbauer*⟩, beneficia habetis, quem proditionis insimulatis: VII 20, 12;) summum esse Vercingetorigem ⟨-igen *a*⟩ ducem, nec de eius fide dubitandum nec maiore ratione bellum administrari posse: VII 21, 1; Galli ... consilium ceperunt ⟨*c*⟩ ex oppido profugere hortante et iubente Vercingetorige: VII 26, 1; quod neque longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant ⟨uercingetorix habebat β⟩ et palus ... Romanos ad insequendum tardabat: VII 26, 2; ex omni ⟨*c*⟩ numero ... uix DCCC ... incolumes ad Vercingetorigem peruenerunt: VII 28, 5; *cf.* 28, 6—30, 4; nec minus quam est pollicitus Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas ciuitates adiungeret: VII 31, 1; *cf. qu. sqq.* § 1—5; ne tanta ... ciuitas ... ad uim atque arma descenderet atque ea pars, quae minus sibi ⟨*c*⟩ confideret, auxilia a Vercingetorige arcesseret: VII 33, 1; qua re cognita Vercingetorix ⟨a uercingetorige β⟩ omnibus interruptis eius fluminis pontibus ab altera fluminis ⟨elaueris β⟩ parte ⟨*o*⟩ iter facere coepit: VII 34, 3; e regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindendos curauerat, ... restitit: VII 35, 2; Vercingetorix re cognita, ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit: VII 35, 6; at Vercingetorix castris prope oppidum in ⟨*c*⟩ monte ⟨*c*⟩ positis mediocribus circum se interuallis separatim singularum ciuitatum ⟨*c*⟩ copias conlocauerat: VII 36, 2; *cf. qu. sqq.* § 2—4; ad hunc muniendum locum ⟨*c*⟩ omnes a Vercingetorige euocatos: VII 44, 5; Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit: VII 51, 4; cum Vercingetorix nihilo magis ⟨*c*⟩ in aequum locum descenderet, ... in castra exercitum reduxit: VII 53, 2; cum ... cognouissent ... legatos ad Vercingetorigem ⟨-rigen *BM*⟩ de pace et amicitia ⟨*c*⟩ concilianda publice missos: VII 55, 4; petunt a Vercingetorige Haedui, ut ad se ueniat rationesque belli gerendi communicet: VII 63, 4; ad unum omnes Vercingetorigem ⟨-riginem B^1M⟩ probant imperatorem: VII 63, 6; inuiti summae spei adulescentes Eporedorix et Viridomarus Vercingetorigi parent: VII 63, 9; *cf.* 64, 1—8; circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; *cf.* § 3—7; fugientes ⟨*c*⟩ usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus copiis consederat, persequuntur: VII 67, 5; fugato omni equitatu Vercingetorix copias ⟨*c*⟩, ut pro castris conlocauerat, reduxit protinusque Alesiam ... iter facere coepit celeriterque impedimenta ... se subsequi iussit: VII 68, 1; Vercingetorix iubet ⟨*o*⟩ portas claudi: VII 70, 7; Vercingetorix, prius quam munitiones ab ⟨*c*⟩ Romanis perficiantur, consilium capit omnem ab ⟨*c*⟩ se equitatum noctu dimittere ⟨*c*⟩: VII 71, 1; *cf.* § 2—9; (munitiones ... perfecit, ut ne magna quidem multitudine, si ita accidat ⟨eius discessu *add. X; Schn., Fr., Db.*; Vercingetorigis arcessitu *Paul*⟩ munitionum praesidia circumfundi possent: VII 74, 1;) non omnes ⟨*c*⟩, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetorix, conuocandos statuunt, sed certum numerum cuique ciuitati ⟨*c*⟩ imperandum: VII 75, 1; Commio ⟨*c*⟩, ... Vercassiuellauno Aruerno, consobrino ⟨consubrino α⟩ Vercingetorigis, summa imperii traditur: VII 76, 3; clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingetorix atque ex oppido educit: VII 81, 3; at interiores, dum ea, quae a Vercingetorige, ad eruptionem praeparata erant ⟨*recc.; Ald.*; praeparauerant *X*⟩, proferunt, ... prius suos discessisse cognouerunt quam munitionibus adpropinquarent: VII 82, 3 (4); his copiis Vercassiuellaunum Aruernum, unum ex quattuor ducibus, propinquum Vercingetorigis ⟨prop. Verc. *del. Nitsche*⟩, praeficiunt: VII 83, 6; Vercingetorix ex arce ⟨*c*⟩ Alesiae suos conspicatus ex oppido egreditur: VII 84, 1; *cf. qu. sqq.*; postero die Vercingetorix concilio ⟨*c*⟩ conuocato id ⟨*c*⟩ bellum se suscepisse ⟨*o*⟩ ... communis libertatis causa demonstrat: VII 89, 1; *cf.* § 2. 3; Vercingetorix deditur, arma proiciuntur: VII 89, 4. *Cf. omnia, quae* VII 4—89 *narrantur.*

uere *u.* **uerus** *extr.*

uereor. A. = timere, metuere; sequitur a) obiect.; α) alqm: qui se ... minus timidos existimari uolebant, non se hostem uereri ⟨u&eri *A*⟩, sed angustias itineris, et ⟨*c*⟩ magnitudinem siluarum ... aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dice-

Digitized by Google

bant: I 39, 6; ¶¶ si per decliue (Pompeiani) sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco uerebantur: 3, 51, 7.

β) alqd; αα) subst.: illi (quos Caesar retinuerat) supplicia cruciatusque Gallorum ueriti, quorum agros uexauerant, remanere se apud eum uelle dixerunt: IV 15, 5; ¶ ne Vorenus quidem sese tum ⟨*c*⟩ uallo continet, sed omnium ueritus existimationem subsequitur: V 44, 5; ¶ Caesar . . . infirmitatem Gallorum ueritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles et nouis plerumque rebus student, nihil his committendum existimauit: IV 5, 1; ¶ Caesar . . . inopiam frumenti ueritus, quod . . . minime omnes Germani agri culturae student, constituit non progredi longius: VI 29, 1; ¶ hac re . . Caesar . . . cognita insidias ueritus, quod qua de causa discederent nondum perspexerat, exercitum . . . castris continuit: II 11, 2; ¶ de coniuratione . . . quaestionem habere instituit. . . . non nulli iudicium ueriti profugerunt: VI 44, 3; ¶ quod, cum ipse abesset, motum Galliae uerebatur: V 5, 4; ¶ huius aduentum L. Caesar filius . . . ad Clupeam praestolans . . . ueritus ⟨*rec.*; ueritusque *z*⟩ nauium multitudinem ex alto refugerat: 2, 23, 3; ¶ se Biturigum perfidiam ueritos reuertisse: VII 5, 5; ¶ Gallus periculum ueritus, ut erat praeceptum, tragulam mittit: V 48, 7; ipse (Caelius) . . . exclusus Capua et periculum ueritus, quod conuentus arma ceperat . . ., consilio destitit: 3, 21, 5; ¶ supplicia: IV 15, 5 *u.* cruciatus.

ββ) pron.: iis ⟨*c*⟩ autem inuitis, a quibus Pharus ⟨*c*⟩ tenetur, non potest esse propter angustias nauibus introitus in portum. hoc tum ueritus Caesar hostibus in pugna occupatis militibus[que] expositis Pharum ⟨*c*⟩ prehendit atque ibi praesidium posuit: 3, 112, 5; ¶ quod si furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem uererentur? I 40, 4.

b) ne *u.* **ne** *p. 726 uers. 4 sqq. (16 loc.).*

(c) ut: Labienus . . . ueritus, ne ⟨*om.* β; *Np., Dt.*¹⟩, si ⟨*om.* α⟩ ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, ⟨ut *add.* α; *Np., Dt.*¹⟩ hostium impetum sustinere non ⟨*om. Np., Dt.*¹⟩ posset, . . . remittit: V 47, 4.)

d) dat.: ad hostes contendit eo minus ueritus nauibus, quod in litore molli . . . deligatas ad ancoras ⟨*c*⟩ relinquebat: V 9, 1.

B. = dubitare (c. inf.): ut, quos in conspectu ⟨*c*⟩ Galliae interficere uereretur, hos omnes in Britanniam traductos necaret: V 6, 5; — quod sua mandata perferre non oportuno tempore ad Pompeium uererentur: 3, 57, 2; — longius prosequi ⟨noluit *add.* β⟩ ueritus, quod . . . uidebat, omnibus suis incolumibus copiis ⟨*c*⟩ eodem die ad Ciceronem peruenit: V 52, 1.

uergo. A. ad *u.* **ad** *p. 114 (6 loc.).*

B.: ab oppido autem decliuis locus leni ⟨*Hotom.*; tenui *z*; *edd.*⟩ fastigio uergebat in longitudinem ⟨-ne *hl*⟩ passus ⟨*ego*; passuum *z*; *edd.*⟩ circiter CCCC: 1, 45, 5.

uergobretus. *Cf. Glück p. 131.*

(Diuiciaco et Lisco,) qui summo magistratui praeerat ⟨praeerant *X*⟩, quem uergobretum appellant Haedui, qui creatur annuus et uitae necisque in suos habet potestatem: I 16, 5.

uerisimilis *u.* **similis** *p. 1880 sq.*

uernaculus: altera ex duabus legionibus, quae uernacula appellabatur ⟨-latur *bh*¹⟩, ex castris Varronis . . . inspectante ipso signa sustulit: 2, 20, 4.

uero *u.* **uerus** *extr.*

(Veromandui *u.* **Viromandui.)**

uerso: sic fortuna in contentione et certamine utrumque uersauit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset: V 44, 14.

uersor. A. propr.; additur ubi quis uersetur; a) in c. abl.: cum . . . hostes in nostris castris uersari uidissent: II 24, 2; ¶ ut ⟨*c*⟩ Germanos diutius in Gallia uersari noluerant ⟨*c*⟩: II 1, 3.

b) inter *u.* **inter** *p. 201* α) *(3 loc.).*

c) intra: (quod expeditior erat quam ii ⟨*c*⟩, qui inter ⟨intra B^1β⟩ aciem uersabantur: I 52, 7;) ¶ Pompeius, iam cum intra uallum nostri uersarentur, equum nactus . . . se ex castris eiecit: 3, 96, 3.

B. trsl. *u.* **in** *p. 137 (6 loc.);* cum his (peditibus) in proeliis uersabantur (equites): I 48, 5.

uersus (subst.): magnum ibi numerum uersuum ediscere dicuntur: VI 14, 3.

uersus (praep.). A. c. subst.; a) ad . . uersus: Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum uersus in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci iubet: VI 33, 1.

b) in . . uersus: ille . . . castra ex Biturigibus mouet in ⟨β; per α; *om. Fr., Db.*; per Boios in *Vielh.*⟩ Aruernos uersus: VII 8, 5.

c) Ambraciam uersus, *sim.*: ex his locis Ambraciam uersus iter facere coepit: 3, 36, 5; — Pompeiani . . . relicto monte uniuersi † iuris eius Larisam ⟨larissam *af*⟩ uersus se recipere coeperunt: 3, 97, 2; — hac adiuncta ad reliquas naues cursum Massiliam uersus perficit: 2, 3, 3; — parua manu Metiosedum

Digitized by Google

uersus missa . . . reliquas copias contra Labienum duxerunt: VII 61, 5; — magna coacta manu in prouinciam Narbonem ⟨-nam β⟩ uersus eruptionem facere contendit: VII 7, 2.

B. c. aduerb.: quoque (quoquo) uersus *u. p. 1618 (6 loc.)*.

Vertico: erat unus intus Neruius, nomine Vertico, loco natus honesto: V 45, 2; *cf. qu. sqq.* § 2. 3; Cicero data facultate Gallum ab eodem Verticone ⟨gallum eundem uerticonem β⟩, quem supra demonstrauimus, repetit ⟨*N;* repperit *X*⟩, qui litteras ad Caesarem deferat ⟨*c*⟩: V 49, 2.

uerto. A. propr.; a) terga *u.* **tergum** *p. 2156 sq. (14 (15) loc.)*

b) se: neque uero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt, primisque deiectis reliqui se uerterunt et loco cesserunt: 3, 51, 2.

B. trsl.; a) ui transit.; α) = mutare: incredibili felicitate auster, qui per biduum flauerat, in Africum se uertit: 3, 26, 5.

β) = interpretari, accipere: uelle Pompeium se Caesari purgatum, ne ea, quae rei publicae causa egerit, in suam contumeliam uertat: 1, 8, 3.

b) ui reflex. (= se conuertere): dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum uirtute sarciretur. quod si esset factum, *futurum ⟨add. Dauis.; om. codd.; Np., Dt.;* fore *add. Voss.; Ob.*⟩ ut ⟨*om. O*¹*; Np., Dt.*⟩ detrimentum in bonum uerteret ⟨-retur *Ob*⟩, uti ad Gergouiam accidisset ⟨sarciretur, quod [si] esset factum detrimentum ut in b. uerteret, uti ad G. acc. *Paul*⟩: 3, 73, 6.

Verucloetius. *Cf. Glück p. 184.*

Heluetii . . . legatos . . . mittunt nobilissimos ciuitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius ⟨uerudoetius $B^{1}\beta$; uerucletius *A corr.*⟩ principem ⟨*a;* principum *αh*⟩ locum obtinebant: I 7, 3; *cf.* § 3—6; 8, 3.

uerus. A. = ἀληθής; **a) adiect.:** eadem secreto ab aliis quaerit; reperit ⟨*c*⟩ esse uera: I 18, 2; scire se illa esse uera ⟨uera esse *afl*⟩: I 20, 2.

b) ui subst.: ueri similis: III 13, 6 *u.* **similis B. a)** *p. 1880 extr. et 1881.*

B. = εὐπρεπής, ὀρθός: neque uerum esse qui suos fines tueri non potuerint alienos occupare: IV 8, 1.

uere: hi siue uere quam habuerant opinionem ad eum perferunt, siue etiam auribus Vari seruiunt, . . . confirmant quidem ⟨*c*⟩ certe . . .: 2, 27, 2.

uero. A. ui confirmandi (= μήν, re uera); a) neque (nec) uero (= et re uera non) *u.* **neque** *p. 758 sq.* **δ) αα) a)** *(6 loc. exc.* 3, 93, 2.)

b): (Haedui) Litauiccum obsecrant, ut sibi consulat. quasi uero, inquit ille, consilii sit res ac non necesse sit nobis . . . cum Aruernis nosmet coniungere: VII 38, (6.) 7; — prouinciis excederent exercitumque dimitterent; si ⟨*c*⟩ id sit factum, se nociturum nemini. hanc unam atque extremam esse pacis condicionem. id uero militibus fuit pergratum et iucundum . . ., ut qui aliquid ⟨*c*⟩ iusti ⟨*c*⟩ incommodi exspectauissent, ultro praemium missionis ferrent: 1, (85, 12;) 86, 1; — quid irati grauius † de uobis sentire possunt quam ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicant, in eorum potestatem ueniatis, qui se per uos perisse existimant? an uero in Hispania res gestas Caesaris non audistis? 2, 32, (4.) 5; — desertos . . se ac proditos a uobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt. uosne ⟨ne *om. Nb; eras. in a*⟩ uero L. Domitium an uos Domitius deseruit? 2, 32, (7.) 8.

B. ui augendi (γὲ δή, vollends, gar (erst)); a) additur iam: eodem fere tempore pons in Hibero prope effectus nuntiabatur et in Sicori uadum reperiebatur. iam uero eo magis illi maturandum iter existimabant: 1, (62, 3;) 63, 1.

b): populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui ⟨*c*⟩ nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse; quod uero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis ⟨*c*⟩ eripi quis pati posset? I 43, 8; horum aduentu tanta rerum commutatio est facta, ut nostri, etiam qui uulneribus confecti procubuissent, scutis innixi proelium redintegrarent. tum ⟨*om.* β; redintegrarent, tum *Schn., Np.*⟩ calones perterritos hostes conspicati etiam inermes armatis occurrerunt ⟨occurrerent β; *Schn., Np.*⟩, equites uero . . . omnibus in locis † pugnant, quo ⟨pugnant quo *del. Np.*⟩ se legionariis militibus praeferrent: II 27, (1.) 2; hoc facto proelio Caesar neque iam sibi legatos audiendos neque condiciones accipiendas arbitrabatur ab iis ⟨*c*⟩, qui . . . petita pace ultro bellum intulissent; exspectare uero, dum hostium copiae augerentur equitatusque reuerteretur, summae dementiae esse iudicabat: IV 13, (1.) 2; nostri milites impetum hostium sustinuerunt atque amplius horis quattuor fortissime pugnauerunt et . . . complures . . . occiderunt. postea uero quam equitatus noster in conspectum uenit, hostes abiectis armis terga uerterunt magnusque eorum numerus est occisus: IV 37, (3.) 4; quibus omnibus rebus hostes inuitati copias traducunt

Digitized by Google

aciemque iniquo loco constituunt, nostris uero etiam de ⟨*e*⟩ uallo deductis propius accedunt: V 51, (1.) 2; Senones . . . Cauarinum, quem Caesar apud eos regem constituerat, . . . expulerunt. . . . tantum apud homines barbaros ualuit esse aliquos repertos principes inferendi belli ⟨*o*⟩ . . ., ut . . . nulla fere ciuitas fuerit non suspecta nobis. . . . Treueri uero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent . . .: V (54, 2 —) 55, 1; hi (Sequani) cum per se minus ualerent, . . . Germanos atque Ariouistum sibi adiunxerant, eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant. proeliis uero compluribus factis secundis atque omni nobilitate Haeduorum interfecta tantum potentia antecesserant, ut . . . obsides . . ab iis ⟨*e*⟩ principum filios acciperent: VI 12, (2.) 3 (4); qui diutissime impuberes permanserunt maximam inter suos ferunt laudem; . . . intra annum uero uicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus: VI 21, (4.) 5; litteris . . . Caesaris ⟨*e*⟩ consulibus redditis aegre ab his impetratum est summa tribunorum plebis contentione, ut in senatu recitarentur; ut uero ex litteris ad senatum referretur impetrari non potuit: 1, 1, 1; erat iniqua condicio postulare, ut Caesar . . . in prouinciam reuerteretur, ipsum et prouincias et legiones † alienas tenere; . . . polliceri se in prouinciam iturum neque ante quem diem iturus *esset definire . . .; tempus uero conloquio non dare neque accessurum polliceri magnam pacis desperationem adferebat: 1, 11, (1—)3; latum ab X tribunis plebis contra dicentibus inimicis, Catone uero acerrime repugnante et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente ⟨catonem . . . repugnantem . . . extrahentem *Oz*⟩, ut: 1, 32, 3; ac primo Afraniani milites uisendi causa laeti ex castris procurrebant. . . . duces uero eorum consilium suum laudibus ferebant, quod se ⟨*e*⟩ castris tenuissent: 1, 69, (1.) 2; hoc consilium Caesaris plerisque non probabatur; ⟨*post uerb.* probabatur *quaedam intercidisse existimat Paul*⟩ milites uero palam inter se loquebantur, quoniam talis occasio uictoriae dimitteretur, etiam cum uellet Caesar, sese non esse pugnaturos: 1, 72, 4; perpessos (se) omnium rerum inopiam; nunc uero paene ut feras ⟨*e*⟩ circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu: 1, 84, 4; illae (naues) adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, ut uehementissime utraque ex concursu laborarent, altera uero praefracto ⟨*e*⟩ rostro tota conlabefieret: 2, 6, 5; qua . . . fiducia et opere et natura loci munitissima castra expugnari posse confidimus? at ⟨*Madu.*; aut *z*; *edd.*; an *Kraff.*⟩ uero quid proficimus, si accepto magno detrimento ab oppugnatione castrorum discedimus? 2, 31, (2.) 3; qua oratione permoti milites crebro etiam dicentem ⟨*e*⟩ interpellabant, . . . discedentem uero ex contione uniuersi cohortantur, magno sit animo, necubi ⟨*e*⟩ dubitet proelium committere: 2, 33, (1.) 2; hi de sua salute desperantes . . . suam mortem miserabantur. . . . plena erant omnia timoris et luctus. Curio . . . unam ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus proximos colles capere uniuersos . . . iubet. hos quoque praeoccupat missus a Saburra equitatus. tum uero ad summam desperationem nostri perueniunt: 2, (41, 8—)42, 2; non, illis hordeum cum daretur, non legumina recusabant; pecus ⟨panicum *R. Steph.*⟩ uero, cuius rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant: 3, 47, 7; ante id tempus nemo . . . a Caesare ad Pompeium transierat, cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, uulgo uero uniuersi in Epiro atque Aetolia conscripti milites: 3, 61, 2.

C. ui aduersatiua; a) neque uero *u.* **neque** *p. 758* δ) αα) a) 3, 93, 2 (*et* b)) *et p. 759* ββ) *(4 loc.)*.

b) tum uero *u.* **tum** 1. A. e) β) γγ) *p. 2231 sq. (8 (9) loc.)*.

e): Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Heluetios id flumen traduxisse, quartam fere ⟨uero β; *Schn.*⟩ partem citra flumen Ararim reliquam esse: I 12, 2; quod reliquis tamen ⟨*e*⟩ fugae facultas daretur, Sequanis uero, qui intra fines suos Arioustum recepissent, . . . omnes cruciatus essent perferendi: I 32, 5; ubi . . . turrim ⟨*e*⟩ procul constitui uiderunt, primum inridere . . ., quod tanta machinatio a ⟨*e*⟩ tanto spatio instrueretur ⟨*e*⟩. . . . ubi uero moueri et adpropinquare moenibus ⟨*e*⟩ uiderunt, . . . legatos . . . de pace miserunt: II (30, 3—) 31, 1; quorum aduentu magna cum auctoritate et magna cum hominum multitudine bellum gerere conantur. duces uero ii ⟨*e*⟩ deliguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant: III 23, (4.) 5; pugnatum est ab utrisque acriter. nostri tamen, quod neque ordines seruare . . . neque signa subsequi poterant . . ., magnopere perturbabantur ⟨*e*⟩; hostes uero notis omnibus uadis, ubi ex litore aliquos singulares ex naui ⟨*e*⟩ egredientes conspexerant, incitatis equis impeditos adoriebantur . . .: IV 26, (1.) 2; (magnam partem equitatus ad eum (Dumnorigem) insequendum mittit ⟨*e*⟩ retrahique imperat ⟨*e*⟩; si uim faciat neque pareat, interfici iubet. . . .

Digitized by Google

ille autem ⟨*recc.*; *Frig.*; enim *X*; uero *Paul*⟩ reuocatus resistere . . . coepit: V 7, (6—) 8;) interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne uiuunt pellibusque sunt uestiti. omnes uero se Britanni uitro ⟨*e*⟩ inficiunt: V 14, 2; sperare (se) a multitudine impetrari posse quod ad militum salutem pertineat; ipsi uero nihil ⟨*e*⟩ nocitum iri: V 36, 2; transfigitur ⟨*e*⟩ scutum Pulioni ⟨*e*⟩ et uerutum in balteo defigitur. . . . succurrit inimicus illi Vorenus et laboranti subuenit; ad hunc se confestim a Pulione ⟨*e*⟩ omnis multitudo conuertit; illum ueruto ⟨β; uero α; *Fr.*⟩ transfixum arbitrantur ⟨*sic* β; obscurantur occisum α; arbitrantur occisum *edd.*⟩: V 44, (7—) 11; milites nostri clamorem exaudiunt; praecurrunt equites; quanto res ⟨*o*⟩ sit in periculo cognoscunt. hic uero nulla munitio est, quae perterritos recipiat: modo conscripti atque usus militaris imperiti ad tribunum militum centurionesque ora conuertunt: VI 39, (1.) 2; quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate, qui se ipsum . . defenderet; equitum uero operam neque in loco palustri desiderari debuisse et illic ⟨*e*⟩ fuisse utilem, quo sint profecti: VII 20, (3.) 4; celeriter factum est, ut alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent aggeremque interscinderent, omnis uero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret: VII 24, 5; Cimbri . . . finibus quidem ⟨*e*⟩ nostris aliquando excesserunt atque alias terras petierunt ⟨*e*⟩, iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uero quid . . . uolunt nisi . . . quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt, horum in agris ciuitatibusque considere atque his aeternam iniungere seruitutem? VII 77, (14.) 15; 1, 1, 1 *u.* **B. b)**; quorum uocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur, plerisque uero libere decernendi potestas eripitur: 1, 3, 5; (refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus; Marcellus consul ⟨*Madu.*; non *z*; uero *recc.*; *edd.*⟩ passurum in praesentia negat: 1, 6, 4;) legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere; neque se reformidare quod . . . Pompeius . . . dixisset, . . . timorem . . eorum, qui mitterent, significari ⟨*e*⟩. tenuis atque infirmi haec animi uideri. se ⟨si *z*⟩ uero, ut operibus ⟨*e*⟩ anteire ⟨*e*⟩ studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1, 32, 8; intellegere se diuisum esse populum *Romanum* in partes duas ⟨*o*⟩. neque sui iudicii . . . esse . . decernere ⟨*e*⟩, utra pars iustiorem habeat causam. principes uero esse earum partium Cn. Pompeium et C. Caesarem: 1, 35, (3.) 4; huc iam *deduxerat rem, ut equites . . . auderent flumen transire, pedites uero tantum modo umeris ac summo pectore exstarent ⟨*e*⟩: 1, 62, (1.) 2; 63, 1 *u.* **B. a)**; ex superioribus locis . . . cernebatur equitatus nostri proelio nouissimos illorum premi uehementer . . ., alias inferri ⟨*e*⟩ signa et uniuersarum cohortium impetu ⟨*e*⟩ nostros propelli, dein rursus conuersos ⟨*e*⟩ insequi. totis uero castris milites circulari et dolere hostem ex manibus dimitti: 1, 64, (1—) 3; 69, 2 *u.* **B. b)**; (Afranius) . . . se . . in castra recipit sic paratus, ut uidebatur, ut quicumque accidisset casus, hunc . . . aequo animo ferret. Petreius uero non deserit sese: 1, 75, (1.) 2; cum . . . locus decliuis suberat neque ii ⟨*e*⟩, qui antecesserant, *laborantibus opem ferre poterant, equites uero ex loco superiore in auersos ⟨*e*⟩ tela coiciebant, tum magno erat in periculo res: 1, 79, 3; est animaduersum ab legionariis . . . magno sibi esse ⟨*e*⟩ praesidio posse, si ibi ⟨*e*⟩ pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent. quam primo . . . humilem . . . fecerunt. . . . postea uero, ut est rerum omnium magister usus . . ., inuentum est magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata: 2, 8, (1—) 3; ubi ⟨*e*⟩ turris altitudo perducta est ad ⟨*e*⟩ contabulationem ⟨*e*⟩, eam ⟨*e*⟩ in parietes instruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parietum structura tegerentur. . . . hanc super ⟨*e*⟩ contignationem quantum tectum plutei ac uinearum passum est, latericulo adstruxerunt. . . . ubi uero ea pars turris, quae erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium, pluteos ad alia opera abduxerunt: 2, 9, (1—) 5; subito meridiano tempore, cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset, arma uero omnia *seposita contectaque essent, portis se † foras rumpunt: 2, 14, 1; M. Varro . . . initio . . . diffidens Pompeianis rebus amicissime de Caesare loquebatur. . . . postea uero *quam Caesarem ad Massiliam detineri cognouit . . . quaeque postea acciderant, de angustiis ad Ilerdam rei frumentariae, accepit . . ., se quoque ad motus fortunae mouere coepit: 2, 17, (1—) 3; isdem diebus (ciuitas Carmonensium) . . . deductis tribus in arcem oppidi ⟨*o*⟩ cohortibus a Varrone praesidio per se cohortes eiecit ⟨*e*⟩ portasque praeclusit. hoc uero magis properare Varro, ut . . . quam primum Gades contenderet: 2, (19, 5;) 20, 1; hoc unum esse tempus de pace agendi, dum . . . pares ambo uiderentur; si uero alteri paulum modo tribuisset fortuna, non esse usurum condicionibus pacis eum, qui superior uideretur: 3, 10, 7; L. Staberius ⟨*e*⟩ . . . obsides . . ab Apolloniatibus exigere coepit. illi

Digitized by Google

uero daturos se negare: 3, 12, (1.) 2; nam fortasse inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri et difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi; integras uero tenere possessiones qui se debere fateantur cuius animi aut cuius impudentiae est? 3, 20, 3; milites . . . ex inferiore loco aduersus cliuum ⟨*c*⟩ incitati cursu praecipites Pompeianos egerunt ⟨*c*⟩ et terga uertere coegerunt; quibus ad recipiendum crates . . . et institutae fossae magno impedimento fuerunt. nostri uero, qui satis habebant sine detrimento discedere, compluribus interfectis . . . quietissime *se* receperunt: 3, 46, (5.) 6; libenter etiam ex perfugis cognoscebant equos eorum tolerari, reliqua uero iumenta interisse: 3, 49, 3; aciemque instruxit primo ⟨*c*⟩ suis locis pauloque a castris Pompei longius, continentibus uero diebus, ut progrederetur a castris suis collibusque Pompeianis aciem subiceret: 3, 84, 2.

uerutum: transfigitur ⟨*c*⟩ scutum Pulioni ⟨*c*⟩ et uerutum ⟨uerrutum *BM;* ueritum *a pr.*⟩ in balteo defigitur: V 44, 7; ¶ illum ueruto transfixum arbitrantur ⟨*sic* β; illum uero obscurantur (opinantur *Fr.*) occisum α; *Fr.;* illum ueruto arbitrantur occisum *plur. edd.;* illum ueruto opinantur occisum *Hold.*⟩: V 44, 11.

(uescor: est etiam ⟨*c*⟩ genus radicis inuentum ab iis ⟨*c*⟩, qui † fuerant ualeribus ⟨uiuebant (*uel* uescebantur) oleribus *Madu.*⟩, quod appellatur chara: 3, 48, 1.**)**

Vesontio: nuntiatum est ei Ariouistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem ⟨uesuntionem *l*⟩, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere: I 38, 1; *cf.* § 3—7; dum ⟨*c*⟩ paucos dies ad Vesontionem ⟨uesunctionem *l*⟩ rei frumentariae . . . causa moratur, . . . tantus subito timor omnem exercitum occupauit, ut: I 39, 1 (*cf.* I 38—41).

(uespeciarius: cohortemque postea duplici stipendio, frumento, ueste, cibariis ⟨*Cuiac.;* frumento uespeciariis *uel* frumentoue speciariis (*uel* spetiar. *Nhl*) *x;* frumento, uestiariis *Nic. Ellebodius; u. CC*⟩ militaribusque donis amplissime donauit: 3, 53, 6.**)**

uesper. A. genet.: (uesperi: 1, 20, 1 *u.* **B.)**

B. abl.: milites, qui erant Corfinii, primo ⟨*f; Paul;* prima *ahl; edd.*⟩ uesperi ⟨uespere?⟩ secessionem faciunt: 1, 20, 1; magistrisque imperat nauium, ut primo uespere omnes scaphas ad litus adpulsas habeant: 2, 43, 1.

C. c. praep.; a) ad: cum ab hora septima ad uesperum pugnatum sit: I 26, 2; — acriter utrimque usque ad uesperum pugnatum est: I 50, 3; ¶ misso ad uesperum senatu omnes, qui sunt eius ordinis, a Pompeio euocantur: 1, 3, 1.

b) sub uesperum (uespere) *u.* **sub** *p. 1935* **B.** *(4 loc.)*

Vespillo *u.* **Lucretius 2.**

uester: nolite hos ⟨hoc β⟩ uestro auxilio exspoliare, qui ⟨eos qui β⟩ uestrae salutis causa suum periculum neglexerunt, nec stultitia ac temeritate uestra aut animi imbecillitate ⟨*o*⟩ omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti subicere ⟨*e*⟩: VII 77, 9; ¶ cuius si uos paenitet, uestrum uobis beneficium remitto, mihi meum nomen ⟨*o*⟩ restituite: 2, 32, 14; ¶ consilio uestro utar lubenter: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; ¶ qui de meis in uos meritis praedicaturus ⟨*c*⟩ non sum, quae sunt adhuc et mea uoluntate et uestra ⟨nostra *O*⟩ exspectatione leuiora: 2, 32, 10; ¶ uos enim uestrumque factum, inquit, omnia ⟨*o*⟩ deinceps municipia sunt secuta: 2, 32, 2; Pompeius enim nullo proelio pulsus uestri ⟨nostri *O*⟩ facti praeiudicio demotus Italia excessit: 2, 32, 2; ¶ Caesar me . . ., *prouincias Siciliam atque Africam . . . uestrae ⟨nostrae *O*⟩ fidei commisit: 2, 32, 2; ¶ imbecillitas: VII 77, 9 *u.* auxilium; ¶ sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis, et uestro imperatori quam *consueuistis operam date: 3, 91, 1; ¶ uos autem incerta ⟨*c*⟩ uictoria Caesarem secuti diiudicata iam belli fortuna uictum sequamini ⟨-emini *Paul*⟩, cum uestri ⟨nostri *O*⟩ officii praemia percipere debeatis? 2, 32, 6; ¶ proinde ad praedam, ad gloriam properate, ut iam de praemiis uestris et de referenda gratia cogitare incipiamus: 2, 39, 3; ¶ uestra salus: VII 77, 9 *u.* auxilium; ¶ cuius opera sine uestro ⟨nostro *EO*⟩ sanguine tantum exercitum uictorem fame ⟨paene *add.* β; *Schn.*⟩ consumptum uidetis: VII 20, 12; ¶ stultitia ac temeritate uestra: VII 77, 9 *u.* auxilium; ¶ quoniam, inquit, me una uobiscum seruare non possum, uestrae quidem certe uitae prospiciam, quos cupiditate gloriae adductus in periculum deduxi: VII 50, 4.

(uestiarius: 3, 53, 6 *u.* **uespeciarius.)**

(uestibulum: facile erat . . . prospicere in urbem, ut . . . omnes . . . cum liberis atque uxoribus † publicis custodiis quae (*uel* custodiisque) aut muro ⟨ex plateis uestibulisque aut ex muro *Vielh.*⟩ ad caelum manus tenderent: 2, 5, 3.**)**

Digitized by Google

uestigium. A. propr. (= ἴχνος, στίβος): quarum (alcium) ex uestigiis cum est animaduersum a uenatoribus, quo se recipere consuerint, omnes eo loco . . . subruunt . . . arbores: VI 27, 4.

B. trsl.; a) de loco (= τόπος): equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur, equosque eodem remanere uestigio adsuefecerunt ⟨*e*⟩: IV 2, 3.

b) de tempore (= punctum temporis); α) abl.: tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem uestigio uideretur: 2, 7, 3; — eodemque tempore uis magna pulueris cernebatur, et uestigio temporis primum agmen erat in conspectu: 2, 26, 2.

β) c. praep.; αα) e(x) uestigio *u.* **ex** *p. 1194 (3(2) loc.).*

ββ) in uestigio: saepe . . consilia ineunt, quorum eos in ⟨e *Aimoin.; recc.; Whitte*⟩ uestigio paenitere necesse est: IV 5, 3; ¶ cum . . . omnem . . Galliae salutem in illo uestigio temporis positam arbitrarentur: VII 25, 1.

uestio. A. propr.: interiores plerique . . . lacte et carne uiuunt pellibusque sunt ⟨*om. hl*⟩ uestiti: V 14, 2; ¶ qui Auarico expugnato refugerant, armandos uestiendosque curat: VII 31, 3.

B. trsl.: hae (trabes) reuinciuntur ⟨*e*⟩ introrsus ⟨*e*⟩ et multo aggere uestiuntur: VII 23, 2.

uestis: matres familiae de muro uestem ⟨uestes *a corr.*⟩ argentumque iactabant: VII 47, 5; ¶ cohortemque postea duplici stipendio, frumento, ueste, cibariis ⟨*Cuiac.;* frumento uespeciariis *uel* frumentoue speciariis (*uel* spetiar. *Nhl*) *codd.;* frumento, ueste, diariis *Victor.;* frum., ueste, congiariis *Fr. Hofm.;* frum., ueste et aliis *Voss.*⟩ militaribusque ⟨que *om. recc.; Voss.*⟩ donis amplissime donauit: 3, 53, 6.

uestitus: eius aduentu ex colore uestitus cognito, quo insigni in proeliis uti consuerat ⟨*e*⟩, . . . proelium committunt: VII 88, 1; — ut locis frigidissimis neque uestitus praeter pelles haberent ⟨habeant *DE; edd. pr.*⟩ quicquam ⟨*om.* β⟩ . . . et: IV 1, 10.

ueteranus. 1. adiect.: triplicem aciem instruxit legionum quattuor ueteranorum ⟨ueteranarum *recc.; Victor.; Np., Dt.*⟩: I 24, 2; Brundisium cum legionibus VI peruenit, ueteranis III et ⟨*e*⟩ reliquis, quas ex nouo dilectu confecerat: 1, 25, 1; legiones effecerat ciuium Romanorum VIIII: V ex Italia . . .; unam ex Cilicia ⟨*e*⟩ ueteranam, quam factam ex duabus gemellam appellabat, unam ex Creta et Macedonia ex ueteranis militibus, qui dimissi a superioribus imperatoribus in his prouinciis consederant; duas . . .: 3, 4, 1; altera nauis CCXX e legione tironum sustulerat, altera ex ueterana paulo minus CC: 3, 28, 3; — at ueteranae legionis milites . . . neque ex pristina uirtute remittendum aliquid putauerunt et ⟨*e*⟩ . . . cogunt: 3, 28, 5; expositis ⟨*e*⟩ omnibus copiis Antonius, quarum erat summa ueteranarum ⟨-norum *O*¹⟩ trium legionum uniusque tironum . . ., naues . . . remittit: 3, 29, 2; ¶ ueterani milites: 3, 4, 1 *u.* legio uet.; solerentne ueterani milites fugere: 3, 71, 4.

2. ui subst.: quae cum nauibus nostris adpropinquassent ⟨*e*⟩, nostri ueterani ⟨*del. Paul;* ut erant iussi *Nitsche*⟩ in portum refugiebant: 3, 24, 2; ¶ legiones ueteranorum: I 24, 2 *u.* 1. *init.;* ¶ (completur urbs † et ius ⟨ueteranis *Schenkl*⟩ comitium tribunis: 1, 3, 3.)

ueto. A. additur acc. c. inf.: quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere nisi munitis castris uetuerat: II 20, 3; *impedimenta* . . . praemisit. sed eos (milites) fugientes longius Caesar prosequi uetuit: V 9, 8; haec ⟨ac *Ohl; Db.*⟩ conquiescere ante iter confectum uetuit: 3, 75, 1; — cum leges duo ex una familia uiuo utroque non solum magistratus creari uetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent: VII 33, 3; castra . . . uallo muniri ⟨-re *f*⟩ uetuit ⟨metuit *af*⟩: 1, 41, 4.

(B. additur obiect.: nouum in re publica introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur ⟨uetaretur *Madu.*⟩ atque opprimeretur: 1, 7, 2.)

Vettones: quorum (legatorum) . . . tertius ab Ana Vettonum ⟨bettonum *(a?) hl;* betonum *Na(?)f;* beretonum *O*⟩ agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat: 1, 38, 1; officia inter se partiuntur, uti Petreius ex Lusitania per Vettones ⟨*ahl;* uectones *f;* betones *N constanter*⟩ cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur, Varro . . . ulteriorem Hispaniam tueatur: 1, 38, 2; celeriter Petreius per Vettones ad Afranium peruenit: 1, 38, 4.

uetus. A. = qui iam diu exstat: obsecrat, ut sibi parcat, ueteremque amicitiam commemorat: 1, 22, 3; ¶ docebat ⟨*e*⟩ etiam, quam ueteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent: I 43, 6; ¶ si noua manus Sueborum cum ueteribus copiis Ariouisti sese coniunxisset: I 37, 4; ¶ interea ueterem exercitum,

Digitized by Google

ββ) neutr.; α) subi.: hoc unum . . . defuit (deesse) *u.* b) γ) ββ) *(3 loc.)*; ¶ his omnibus rebus unum repugnabat, quod Diuiciaci . . . studium . . . cognouerat: I 19, 2.

β) obi.: *Libo . . . totam rem ad Pompeium reicere; unum instare ⟨reicere unum; instare *Paul*⟩ de indutiis uehementissimeque contendere: 3, 17, 5; ¶ unum (se) petere ac deprecari: si . . . statuisset, ne se armis despoliaret: II 31, 4; ¶ ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi ⟨*e*⟩ confirmassent, sequi sese ⟨*e*⟩ iubet: 2, 34, 5; ¶ instare: 3, 17, 5 *u.* contendere; ¶ petere: II 31, 4 *u.* deprecari; ¶ unum, quod cohortes ex statione et praesidio essent emissae, questus . . . iudicauit: VI 42, 1; ¶ Cicero ad haec unum modo *respondet: non esse consuetudinem populi Romani accipere ⟨*e*⟩ ab hoste armato condicionem: V 41, 7.

b) = solus, unus et solus; μόνος; einzig; additur α) appellat.: Caesar . . . etsi . . . ad duas legiones *reciderat, tamen unum communis ⟨*e*⟩ salutis ⟨*e*⟩ auxilium in celeritate ponebat: V 48, 1; ¶ cum his nauibus nostrae classi eius modi congressus erat ⟨*e*⟩, ut una ⟨in una *a*⟩ celeritate et pulsu remorum ⟨incitatione *add.* β⟩ praestaret: III 13, 7; V 29, 6 *u.* salutem; hoc una celeritate posse uitari ⟨*e*⟩: VII 45, 9; ¶ unam esse Haeduorum ciuitatem, quae certissimam Galliae uictoriam distineat ⟨*e*⟩; eius auctoritate reliquas ⟨reliquos β⟩ contineri: VII 37, 3; ¶ hanc unam atque extremam esse pacis condicionem: 1, 85, 12; ¶ montem excelsum capiunt ibique una ⟨a *Ciacc.*; in *Paul*; una a *Dauis.*⟩ fronte contra hostem castra muniunt: 1, 80, 2; ¶ storias autem ex funibus ancorariis . . . fecerunt . . ., quod ⟨ad *add. a*⟩ unum genus tegimenti aliis locis erant experti nullo . . . tormento traici posse: 2, 9, 4; ¶ hanc unam gratiam potentiamque nouerunt: VI 15. 2; ¶ hic pagus unus, cum ⟨pagus, unus cum *Kraff.*⟩ domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat: I 12, 5; ¶ potentiam: VI 15, 2 *u.* gratiam; ¶ unum hoc proelium superest; quo confecto . . . libertatem recuperabimus: 3, 91, 2; ¶ pulsu: III 13, 7 *u.* celeritate; ¶ si Gallia omnis cum Germanis consentiret ⟨*e*⟩, unam ⟨una *RMenge*⟩ esse in celeritate positam salutem: V 29, 6; ¶ multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, uiminea tegimenta . . . defendebant: 3, 63, 7; ¶ utrisque . . . occurrit unum esse illud tempus ⟨illud e. t. praedicat β⟩, quo maxime contendi conueniat: VII 85, 2; hoc unum esse tempus de pace agendi, dum . . . pares ambo uiderentur: 3, 10, 7; ¶ uia: I 9, 1 *u.* a) α) αα) uia; ¶ cum in ⟨*om. AQ*⟩ una uirtute omnis spes salutis ⟨*e*⟩ consisteret: II 33, 4.

β) nom. propr.; αα): (Caesar unus: I 32, 2 *u.* ββ) Sequanos;) ¶ hostibus . . . in fugam coniectis . . . unum omnes petant ⟨*e*⟩ Indutiomarum ⟨*om.* β⟩: V 58, 4; 58, 6 *u.* a) β) αα) β); — nostri . . . duas nacti turmas exceperunt, † in his fuit ⟨unus fugit *Roscher*⟩ M. Opimius, praefectus equitum: 3, 38, 4; — Pompeium: 3, 17, 5 *u.* a) β) ββ) β) contendere; — quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt neque uictoriam diutius tenere praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

ββ): (quod omni Gallia pacata Morini ⟨uni *add. Paul*⟩ Menapiique supererant, qui in armis essent: III 28, 1;) erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus . . . muniti, qui uni ex Gallia de pace ad Caesarem legatos numquam miserant: VI 5, 4; — animaduertit Caesar unos ⟨unus *X*⟩ ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent: I 32, 2; — sese unis Suebis concedere, quibus ne dii quidem immortales pares esse possint ⟨*e*⟩: IV 7, 5; — Vbii autem, qui uni ex Transrhenanis ad Caesarem legatos ⟨*e*⟩ miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant, . . orabant, ut: IV 16, 5.

γ) pronom.; αα) masc.: eo mortuo ad neminem unum summa imperii redit, sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat: 3, 18, 2; ¶ qui uni: VI 5, 4 *u.* β) ββ) Menapii; IV 16, 5 *ib.* Vbii; unus quisque *u.* **unus quisque**; ¶ unum se ⟨*om. B*¹*M*⟩ esse ex omni ciuitate Haeduorum, qui adduci non potuerit, ut iura-

Digitized by Google

ret aut liberos suos obsides daret: I 31, 8; in se uno non seruari quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut . . .: 1, 85, 10.

ββ) **neutr.:** hoc unum ad pristinam fortunam Caesari defuit: IV 26, 5; hoc unum ⟨inopia nauium *add. eodd.; del. Hotom.*⟩ Caesari ad celeritatem conficiendi belli defuit: 3, 2, 2; unum hoc maceror ac ⟨*c*⟩ doleo tibi deesse, Terenti: *ap. Suet. uit. Terent. 5.*

c) = **idem, unus et idem; α) additur subst.:** ne se in hostium numero duceret neue omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam iudicaret: VI 32, 1; ¶ ex una cohorte: 3, 53, 3 *u.* a) *α*) αα) cohors; ¶ unum consilium: VII 29, 6 *ib.* consilium; itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt et custodiunt legatosque . . . ad Caesarem mittunt: 1, 20, 5; ¶ cum leges duo ex una familia uiuo utroque non solum magistratus creari uetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent: VII 33, 3; ¶ ut ne Suessiones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem iure et ⟨*c*⟩ isdem ⟨*c*⟩ legibus utantur, unum imperium unumque ⟨imp. unumque *om.* β⟩ magistratum cum ipsis ⟨*c*⟩ habeant, deterrere potuerint, quin: II 3, 5; ¶ si reliquam partem hiemis uno ⟨in *add. recc.; Dt.*⟩ loco legiones contineret: VII 10, 1; 77, 8 *u.* a) α) αα) locus; — in unum locum cogere, conducere, conferre, contrahere *u.* **in** *p. 88 extr. — 90 (5+1+5+1 loc.);* omnes, qui arma ferre possent, unum in locum conuenirent: IV 19, 2; — neque longius anno remanere uno in loco colendi ⟨β; incolendi α; *edd.*⟩ causa licet: IV 1, 7; ¶ unum magistratum: II 3, 5 *u.* imperium; ¶ commodissimum esse statuit omnes naues subduci et cum castris una munitione coniungi: V 11, 5; ¶ nocte una intromissis equitibus omnium finitimarum ciuitatum ⟨*c*⟩ . . . omnes suos . . . continuit: V 58, 1; ¶ Condrusos, Eburones, Caerosos ⟨*c*⟩, Caemanos ⟨*c*⟩, qui uno nomine Germani appellantur, (se) arbitrari (conficere posse) ad XL milia: II 4, 10; ¶ in unum oppidum: II 29, 2 *u.* a) α) αα) oppidum; ¶ uno tempore *u.* **tempus** *p. 2144 sq. (17 loc.)*

β) **ui substant.:** facilem esse rem, seu maneant seu proficiscantur, si modo unum omnes sentiant ac probent; contra in dissensione ⟨*c*⟩ . . .: V 31, 2.

d) = **quidam, aliquis; α) non sequitur praepos. ex; αα) additur subst.:** unum flumen: 3, 19, 1 *u.* a) α) αα) flumen; ¶ quem cum legione una miserat ad Venetos . . .: II 34; legione ex consuetudine una frumentatum missa, quae appellabatur septima, . . . nuntiauerunt ⟨*c*⟩: IV 32, 1; (legionem decimam ⟨*Paul;* unam *X; edd.*⟩ eodem iugo ⟨*CC*⟩ mittit et ⟨*c*⟩ paulum ⟨*c*⟩ progressam inferiore constituit loco siluisque occultat: VII 45, 5;) 1, 43, 3 *u. p. 2355* α); Caesar eo tempore cum legione una profectus ad recipiendas ulteriores ciuitates . . . erat ad Buthrotum ⟨*c*⟩: 3, 16, 1; Caesar. . . equitatu . . . cotidie progrediebatur legionemque unam minoribus itineribus subsequi iussit: 3, 102, 1; ¶ scuto ab nouissimis uni ⟨uno *M; del. Vielh.*⟩ militi ⟨*del. Dt.; Hold.*⟩ detracto . . . in primam aciem processit centurionibusque nominatim appellatis reliquos cohortatus milites ⟨*del. Eussner*⟩ signa inferre et manipulos laxare iussit: II 25, 2; ¶ (L. Nasidius . . . adpulsis . . Messanam nauibus atque inde . . . senatus fuga facta ex ⟨unam ex *Db.*⟩ naualibus ⟨nauibus *O; pr. edd.*⟩ eorum nauem ⟨*N; om. z;* unam O^1; *Dt.*⟩ deduxit: 2, 3, 2;) ¶ cum celeriter nostri . . . uallum . . ascendissent atque una ex parte ⟨atque decumana porta *Paul*⟩ Hispanis equitibus emissis ⟨missis β⟩ equestri proelio superiores fuissent: V 26, 3; cum una ex parte prope aequum aditum haberet: 3, 45, 3; ¶ siluestri loco castris ⟨*c*⟩ positis ⟨*c*⟩ e regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindendos curauerat, . . . in occulto restitit: VII 35, 2; ¶ una . . . res: III 14, 5 *u.* a) α) αα) res; ¶ summis angustiis . . . premebantur, adeo ut cogerentur . . . aquam Corcyra ⟨*c*⟩ nauibus onerariis supportare, atque etiam uno tempore accidit, ut . . . excipere rorem cogerentur: 3, 15, (3.) 4; ¶ facit idem Curio, atque una ualle ⟨atque conualle *Paul*⟩ non magna interiecta suas uterque copias instruit: 2, 27, 4; ¶¶ unus . . . Neruius: V 45, 2 *u. p. 2360* ββ).

ββ) **ui substant.; γ) unus quisque** *u.* **unus quisque.**

γ) **unus:** Pulio pilum in hostes immittit ⟨*c*⟩ atque unum ex multitudine procurrentem traicit: V 44, 6.

β) **unus ex** *u.* **ex** *p. 1187 sq.* **D.** *(10 (11) loc.):* I 26, 4; II 6, 4; (V 44, 6;) VI 32, 5; 35, 8; VII 25, 3; 83, 6; 2, 7, 3; 35, 1; 3, 14, 2; 84, 5.)

e) = **singularis(?):** num tu harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram ac plures terras et urbem et urbes et imperium et imperia dicamus, neque quadrigas in unam ⟨singularem ?⟩ nominis figuram redigere neque harenam multitudinis appellatione ⟨in multit.

Digitized by Google

appellationem *Gron.*⟩ conuertere possimus? *ap. Gell.* XIX 8, 8.

Idem . . . unus: II 3, 5; ¶ **unus . . . omnes:** I 19, 2; 31, 8; 32, 2; II 20, 1; 22, 1; 29, 3; (*III 28, 1;) V 31, 2; 58, 4. 6; VI 13, 8; 32, 1; VII 84, 2; 1, 20, 5; 85, 10; 3, 23, 1; 57, 4; 73, 1; 82, 5; *ap. Prisc.* VI 36; **unus . . . totus:** VII 29, 6; 1, 35, 1; 50, 2; (**undique — unus:** I 22, 3;) ¶ **unus modo:** V 41, 7; **unus omnino:** V 18, 1; VI 36, 2; — I 7, 2; (**unus tantum:** 3, 19, 1;) ¶ **unus ex** *u.* **ex** *p. 1187 sq.* **D.** *(20 (21) loc.);* **unus** *c. genet.*: I 1, 1; VI 9, 2; VII 35, 2; 1, 38, 1; 3, 88, 1; ¶ **hic unus:** I 12, 5; VI 15, 2; 3, 91, 2; **qui unus:** 2, 9, 4; *cf. supra p. 2362* **B. b) γ)**; — **unus** *c. adiectiuis:* (I 6, 1;) VI 26, 1; 3, 4, 1; 23, 2; 73, 2; 100, 2; **una castra:** 1, 74, 4; 3, 82, 1; **tabulae unae:** 3, 108, 4; *u. praeterea p. 2362* **b) β) ββ)** *(4 (5) loc.)*

unâ. A. pertinet ad locum; a) = in unum locum: Labienus, postquam neque aggeres neque fossae uim ⟨una *add.* β⟩ hostium sustinere poterant, **coactis una** † XL ⟨*BM;* una de XL *AQ;* de XL β; una XI *Ciacc.;* undequadraginta *Vasc.; Schn., Fr.*⟩ cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem . . . facit certiorem ⟨*o*⟩: VII 87, 5.

b) = eodem loco: ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia **una erant:** VII 38, 9; ¶ (Cimbri Teutonique) iis impedimentis, quae secum . . . portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis custodiam ⟨custodiae $B^2β$⟩ ex suis ac praesidium ⟨praesidio $B^2β$; *Schn.*⟩ sex milia hominum una **reliquerunt:** II 29, 4.

B. pertinet ad tempus (= uno tempore): simul ab sinistro cornu P. Attii equitatus omnis et una leuis armaturae ⟨*Ald.;* armatura et *codd.*⟩ interiecti complures, cum se in uallem demitterent ⟨*c*⟩, **cernebantur:** 2, 34, 2; ¶ infirmas arbores pondere adfligunt (alces) atque una ipsae **concidunt:** VI 27, 5; ¶ Eporedorix Haeduus . . . et una Viridomarus . . . in equitum numero **conuenerant** nominatim ab eo euocati: VII 39, 1; ¶ **pugnatur una** ⟨tunc *add.* β; *Schn.*⟩ omnibus in ⟨*c*⟩ partibus: VII 67, 3; ¶ magnae manus . . . multitudine nauium perterritae, quae cum annotinis priuatisque . . . amplius octingentae uno erant uisae tempore ⟨una **erant uisae**, timore β⟩ a litore discesserant: V 8, 6.

C. coniunctionem, societatem significat (= communiter, coniunctus cum); a) una cum *u.* **cum 1. B. a)—c)** *p. 766 (15 loc.);* **sum** *p. 2011 extr. et 2012 (3 loc.).*

b) non additur cum: interim filia minor Ptolomaei regis . . . ad ⟨*c*⟩ Achillam sese ex regia traiecit unaque bellum **administrare** coepit: 3, 112, 9; ¶ eodem tempore L. Fabius centurio quique una murum **ascenderant** ⟨escend. *hl*⟩ circumuenti . . . de ⟨*c*⟩ muro praecipitabantur ⟨*c*⟩: VII 50, 3; ¶ **cernere:** 2, 34, 2 *u.* **B.**; ¶ magistratus . . . gentibus cognationibusque hominum quique una ⟨β; qui tum una *Heller; Hold., Dt.;* qui cum una α; qui una *Aim.; Np., Schn.;* communiter *Fr.;* in commune *coni. Db.;* in unum *Vielh.*⟩ **coierunt**, quantum . . . uisum est agri ⟨*o*⟩ attribuunt: VI 22, 2; ¶ **concidere:** VI 27, 5 *u.* **B.**; ¶ ille cum Cotta saucio communicat, si uideatur, pugna ut excedant et cum Ambiorige una **conloquantur:** V 36, 3; ¶ **conuenire:** VII 39, 1 *u.* **B.**; ¶ paulo supra hanc memoriam serui et clientes . . . iustis funebribus ⟨*c*⟩ confectis una **cremabantur:** VI 19, 4; ¶ qui . . . **una erant:** VII 38, 9 *u.* **A. b)**; ¶ cum ex . . . Gallis complures Caesarem secuti una iter **facerent:** II 17, 2; ¶ quorum (solduriorum) haec est condicio, ut ⟨*c*⟩ omnibus in uita commodis una cum iis ⟨his *X*⟩ fruantur, quorum se amicitiae dediderint, si quid his ⟨*c*⟩ per uim accidat, aut eundem casum una **ferant** aut sibi mortem consciscant: III 22, 2; ¶ Allobroges . . . seu pristina sua consuetudine, quod una in Gallia bella **gesserant**, seu gloria elati cuncta . . . exposuerunt: 3, 79, 6; ¶ commodissimum uisum est C. Valerium Procillum . . . ad eum **mittere** et ⟨una *add.* β⟩ M. Metium ⟨*c*⟩: I 47, 4; qui hoc spatio dierum conualuerant, circiter trecenti, sub uexillo una **mittuntur**: VI 36, 3; abiuncto ⟨*c*⟩ Labieno atque iis ⟨*c*⟩ legionibus, quas una miserat, uehementer timebat: VII 56, 2; (Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*c*⟩, quod . . . dicerent ⟨*c*⟩ . . .; rogati tamen a ⟨*c*⟩ Commio pro eius hospitio duo milia ⟨una *add.* α; *edd.; om.* β; *Ald.*⟩ miserunt: VII 75, 5;) ¶ relicti ab his (equitibus) qui una **procurrerant** leuis armaturae ⟨*c*⟩ circumueniebantur . . . ab nostris: 2, 34, 3; ¶ hoc ueteres non probant milites, quos sub uexillo una **profectos** docuimus: VI 40, 4; ¶ consequuntur ⟨*c*⟩ hunc centuriones . . ., paulisper una proelium **sustinent**: VI 38, 3; ¶ CCC Tarcondarius Castor et Domnilaus ex Gallograecia dederant; horum alter una **uenerat**, alter filium miserat: 3, 4, 5; ¶ Varronem profiteri se *al-

Digitized by Google

tero die ad conloquium uenturum atque una ⟨eundem *Np.; edd.*⟩ uisurum, quem ad modum ⟨*Elberl.;* uis utrumque admodum *codd.*⟩ tuto legati uenire et quae uellent exponere possent ⟨*u. CC*⟩: 3, 19, 3.

unus quisque: unus quisque enim opiniones fingebat et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat: 2, 29, 1; (nostri, ut ⟨*om. Fr.*⟩ superioribus diebus suus ⟨β; ut α; *Np., Fr.; om. Db.;* uni *reco.; pr. edd.*⟩ cuique erat locus attributus, ad munitiones accedunt: VII 81, 4.)

uocabulum: minus exercitatis remigibus minusque peritis gubernatoribus utebantur, qui repente ex onerariis nauibus erant producti ⟨trad.?⟩ nequedum etiam ⟨neque etiam dum *O*⟩ uocabulis armamentorum ⟨armentorum *O²hl*⟩ cognitis ⟨nequedum . . . cognitis *del. Paul*⟩: 1, 58, 3.

Vocates: armis obsidibusque acceptis Crassus in fines Vocatium ⟨uocatirum (uocat tirum *Q*) *αhl; uotium af*⟩ et Tarusatium profectus est: III 23, 1; *cf.* 23, 2—26, 6; hac audita pugna maxima pars Aquitaniae sese Crasso dedidit ⟨*c*⟩ obsidesque ultro misit ⟨*c*⟩; quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Ptianii, Vocates, Tarusates ⟨berones. saniua. catesta. rusates *af*⟩, Elusates ⟨*c*⟩, Gates . . .: III 27, 1.

Voccio: altera (Ariouisti uxor fuit) Norica ⟨norici B^1β *Np.*⟩, regis Voccionis ⟨uoctionis *Aaf; Np.;* boccionis B^2⟩ soror, quam in Gallia duxerat a fratre missam: I 53, 4. *(Cf. Glück p. 187 sq.)*

uoco. A. = petere ab alqo, ut ueniat, alqm uenire iubere; a) = aduocare, arcessere; α) nihil additur nisi obiect.: (ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni prouincia euocat ⟨*Ciacc.;* uocat *x; edd.*⟩: 2, 1, 4; ¶ principibus Galliae euocatis ⟨β; uocatis α⟩ Caesar ea, quae cognouerat, dissimulanda sibi existimauit: IV 6, 5.)

β) additur, quo quis uocetur; αα) ad se: Caesar principibus cuiusque ciuitatis ad se euocatis ⟨uocatis β⟩ . . . magnam partem Galliae ⟨*c*⟩ in officio tenuit: V 54, 1; *u. praeterea* **ad** *p. 112 med. (4 (6) loc.).*

ββ) ad arma: quotienscumque sit decretum, darent operam magistratus, ne quid res publica detrimenti caperet, qua uoce et quo senatus consulto populus Romanus ad arma sit uocatus, factum in perniciosis legibus: 1, 7, 5.

b) = inuitare: centuriones . . . suos . . . remouerunt, nutu uocibusque hostes, si introire uellent, uocare ⟨euocare *Paul*⟩ coeperunt: V 43, 6; ¶ Romani si casu interuenerint ⟨*c*⟩, fortunae, si alicuius indicio uocati, huic habendam gratiam: VII 20, 6.

cum ipso anni tempore ad gerendum bellum uocaretur (Caesar) et ad hostem proficisci constituisset: VII 32, 2.

(c) = conuocare: quibus de causis consilio conuocato ⟨uocato *a; Np.*⟩ de summa rerum deliberare incipit: 2, 30, 1.)

B. = nominare: oppidum autem Britanni uocant, cum siluas impeditas uallo atque fossa munierunt, quo incursionis ⟨*c*⟩ hostium uitandae ⟨*c*⟩ causa conuenire consuerunt: V 21, 3.

Vocontii. *Cf. Moreau de Vérone, Bull. de la Soc. de statistique de la Drôme I. 1837 p. 70 sqq.; Hirschfeld, Otto, Gallische Studien. (Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe d. K. Akad. d. W. zu Wien. Bd. 103 p. 271 sqq. (de Vocontiis ibid. p. 289—317) Wien. 1883.*

ab Ocelo, quod est **oppidum* citerioris prouinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris prouinciae die septimo peruenit: I 10, 5.

(Voctio *u.* Voccio.)

Volcacius. VI 29, 3 *in af est* uolcatium, *in BM* uulcacium, *in A* uulcatium, *in Q* uulgacium, *in h* uolcanum; 3, 52, 2 *in x uidetur inueniri* uolcatius. *Cf. Dittenb.*[15] *ad* VI 29, 3 *p. 404.*

ei loco praesidioque C. Volcacium Tullum ⟨*om.* β⟩ adulescentem praefecit: VI 29, 3; uno loco Volcacius Tullus impetum legionis sustinuit cohortibus tribus atque eam loco deputlit: 3, 52, 2.

Volcae. *In αa* VII 7, 4 *est* uolcis (*in h* uolsis); uolgae (-arum) *scriptum est in αl* VII 64, 6, *in afl* 1, 35, 4, *in B* VI 24, 2; uulgarum *est in ah* VII 64, 6, *in h* 1, 35, 4; uulgo *in* MQ^2β, uolgo *in* AQ^1 VI 24, 2.

1. Volcae Arecomici *u.* **Arecomici** *p 301.*

2. Volcae Tectosages: ea quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam siluam . . . Volcae Tectosages occupauerunt atque ibi consederunt; quae gens . . .: VI 24, 2. 3.

(Volgae *u.* Volcae.)

uolgo, uolgus, uolnus *u.* uulgo, uulgus, uulnus.

uolo. IV 25, 3 *et* V 30, 1 *in omnibus codd. uidetur exstare* uultis (*nusquam* uoltis); uult (uolt) *non reperitur ap. Caes.*

A. additur obiect.; a) alqd; α) subst.: si suam gratiam Romani uelint, posse (se) iis ⟨*c*⟩ utiles esse amicos: IV 7, 4; ¶ (obsides: VI 9, 7 *u.* C. a) α) ββ) dari.)

β) pron. (adi.): (amplius: VI 9, 7 *u.* C. a)

Digitized by Google

α) ββ) dari;) ¶ aut iterum conloquio diem constitueret aut, si id minus uellet, ex ⟨c⟩ suis legatis ⟨CC⟩ aliquem ad se mitteret: I 47, 1; ¶ quid uolunt: VII 77, 15 *u.* B. a) α) considere; ubi ille (Varus) . . . quis esset aut quid uellet (Fabius) quaesiuit: 2, 35, 2; — quid sibi uellet (Caesar)? cur ⟨uellet, cur *Np., Fr., Db.*⟩ in suas possessiones ueniret? I 44, 8; ¶ legatis respondit, diem se ad deliberandum sumpturum; si quid ⟨id *Göl.*⟩ uellent, ad Idus April. reuerterentur: I 7, 6; ¶ quod fere libenter homines id, quod uolunt, credunt: III 18, 6; *erat* . . . genus hominum, cui ⟨*c*⟩ liceret ⟨*c*⟩ libere facere et sequi quod uellet ⟨uel *af;* uellent *O; u. CC*⟩: 2, 29, 3; conclamantibus omnibus, imperaret quod uellet, quodcumque imperauisset se aequo animo esse facturos, . . . naues soluit: 3, 6, 2; — se id contendere, . . . uti ea, quae uellent, impetrarent: I 31, 2; quo praesidio . . . libere senatus quae uellet decernere auderet: 1, 2, 2; idoneos nactus homines, per quos ea, quae uellet, ad eum perferrentur, petit: 1, 9, 1; Caesari nuntiatur Sulmonenses . . . cupere ea facere, quae uellet: 1, 18, 1; nam quae ⟨namque *af*⟩ uolumus, ea ⟨*Paul;* et *z; edd.*⟩ credimus libenter: 2, 27, 2; Varronem . . . uisurum ⟨*c*⟩, quem ⟨*c*⟩ ad modum tuto legati uenire et quae uellent exponere possent: 3, 19, 3.

b) alqm alqd: si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum uenturum fuisse; si quid ille se ⟨ipse ab se *l*⟩ uelit, illum ad se uenire oportere: I 34, 2.

B. adiungitur (nom. c.) infin.; a) additur infin.; α) nihil nisi infin.: neque se umquam abuti militum sanguine neque rem publicam alterutro exercitu priuare uoluisse: 3, 90, 3; ¶ cum (milites) laboris sui periculique testimonium adferre uellent: 3, 53, 4; ¶ quod eas quoque nationes adire et regiones cognoscere uolebat: III 7, 1; ¶ uelle sese de re publica et summis utriusque rebus cum eo agere: I 34, 1; uelle se de iis ⟨*c*⟩ rebus, quae inter eos agi coeptae neque perfectae essent, agere cum eo: I 47, 1; ¶ cognoscere: III 7, 1 *u.* adire; qui diligentius eam rem cognoscere uolunt, plerumque illo . . . proficiscuntur: VI 13, 12; ¶ de his rebus cum ageretur apud Caesarem isque maxime uellet pro communi amico atque arbitro controuersias regum componere, subito . . . nuntiatur: 3, 109, 1; ¶ *respondet: si uelit (Titurius) secum conloqui, licere: V 36, 2; duces principesque Neruiorum . . . conloqui sese uelle dicunt: V 41, 1; ubi . . . palam si conloqui uellent, concessum est: 1, 84, 2; ¶ non esse aut ipsis aut militibus suscensendum, quod fidem erga imperatorem suum Cn. Pompeium conseruare uoluerint ⟨*O*²; *Aldus;* uoluerunt *z*⟩: 1, 84, 3; ¶ Romani uero quid petunt ⟨adpet. *Paul*⟩ aliud aut quid uolunt nisi inuidia adducti quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt horum in agris ciuitatibusque considere atque his aeternam iniungere seruitutem? VII 77, 15; ¶ aciem instructam habuit, ut, si uellet Ariouistus proelio contendere, ei potestas non deesset: I 48, 3; ¶ continere: VI 34, 6 *u.* C. a) α) ββ) contineri; ¶ Lentulus Spinther . . . cum . . . nostris conloquitur: uelle, si sibi fiat potestas, Caesarem conuenire: 1, 22, 1; ¶ decertare *u.* **decerto** *p. 829 uersu 1—7 (3 loc.);* ¶ ipsorum esse consilium, uelintne ⟨uellint ne *A*⟩ prius quam finitimi sentiant eductos ex hibernis milites aut ⟨*c*⟩ ad Ciceronem aut ad Labienum deducere: V 27, 9; ¶ cum (Bibulus) neque curari posset neque susceptum officium deserere uellet: 3, 18, 1; ¶ (hostes) conclamauerunt . . . habere sese quae ⟨*c*⟩ de re communi dicere uellent: V 26, 4; Lentulus consul senatui reique publicae se non defuturum pollicetur, si audacter ac ⟨*c*⟩ fortiter sententias dicere uelint: 1, 1, 2; Fabius . . . Varum nomine appellans requirebat, uti . . . monere aliquid uelle ⟨uelle aliquid *a; Np.*⟩ ac dicere uideretur: 2, 35, 1; ¶ iisdem ⟨*c*⟩ [de] causis . . . quo minus dimicare uellet mouebatur: 1, 82, 3; ¶ si ab armis discedere uelint, se adiutore utantur: V 41, 8; Pompeius neque a mari Dyrrachioque discedere uolebat, . . . neque munitiones Caesaris prohibere poterat, nisi proelio decertare uellet: 3, 44, 1; ¶ si (Galli) iterum experiri uelint ⟨uellent B^2β⟩, se iterum ⟨*c*⟩ paratum esse ⟨*c*⟩ decertare; si pace uti uelint ⟨si pacem mallent β⟩, iniquum esse de stipendio recusare: I 44, 4; ¶ (duae sunt Albae, alia . . . in † Aricia et alia hic in † Italia. uolentes Romani discretionem facere istos Albanos dixerunt, illos Albenses: *ap. Pomp. comm. art. Don. (Keil V p. 144);*) ¶ (Dumnorix) nouis rebus studebat et quam plurimas ciuitates suo beneficio habere obstrictas uolebat: I 9, 3; (illum (Pompeium) delectari imperio et consulares praetoriosque seruorum habere ⟨uelle *add. Ciacc.*⟩ numero: 3, 82, 3;) ¶ iniungere: VII 77, 15 *u.* considere; ¶ plerique existimant, si (Sulla) acrius insequi uoluisset, bellum eo die potuisse finiri ⟨*c*⟩: 3, 51, 3; ¶ centuriones . . . nutu uocibusque

Digitized by Google

hostes, si introire uellent, uocare coeperunt: V 43, 6; ¶ uelle se de maximis rebus cum Caesare loqui, si sibi ⟨*c*⟩ facultas detur: 3, 15, 6; ¶ monere: 2, 35, 1 *u.* dicere; ¶ quod si ueteris contumeliae obliuisci uellet, num etiam recentium iniuriarum . . . memoriam ⟨*c*⟩ deponere posse ⟨posset *AQ*⟩? I 14, 3; ¶ (druides) in primis hoc uolunt persuadere non interire animas: VI 14, 5; ¶ sese habere quasdam res, quas ex communi consensu ab eo petere uellent: I 30, 4; ¶ priuare: 3, 90, 3 *u.* abuti; ¶ desilite, inquit, commilitones ⟨*c*⟩, nisi uultis aquilam hostibus prodere: IV 25, 3; ¶ legationem ad P. Crassum mittunt, si uelit suos recipere ⟨recuperare β⟩, obsides sibi ⟨*c*⟩ remittat: III 8, 5; hinc se recipere cum uellent (milites), rursus illi . . . nostros premebant: 1, 45, 3; ¶ quod neque post tergum hostem relinquere uolebat neque . . . facultatem habebat: IV 22, 2; ¶ illi supplicia . . . ueriti . . . remanere se apud eum uelle dixerunt: IV 15, 5; ¶ proinde ac **si* suis satis facere et fraudata restituere uellent (Roucillus et Egus): 3, 60, 5; ¶ erat unum iter, Ilerdam si reuerti uellent, alterum, si Tarraconem peterent: 1, 73, 2; ¶ dum sarcire (milites) acceptum detrimentum uolunt: 1, 45, 2; ¶ ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satis facere seu uiuum tradere uelint: VII 89, 2; 3, 60, 5 *u.* restituere; ¶ se ducem fore; qui ⟨se *add. Paul*⟩ sequi uelint profiteantur: VI 23, 7; ¶ (parentes ⟨*CC*⟩ suos commendabant, si quos ex eo ⟨*c*⟩ periculo fortuna seruare potuisset ⟨uoluisset *Cornelissen*⟩: 2, 41, 8;) ¶ se ⟨si *x*⟩ uero, ut operibus ⟨*c*⟩ anteire ⟨*c*⟩ studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1, 32, 8; ¶ sin autem locum tenere uellent, nec uirtuti locus relinquebatur neque . . . poterant: V 35, 4; ¶ tradere: VII 89, 2 *u.* satisfacere; ¶ seu quis Gallus seu ⟨*c*⟩ Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere: V 51, 3; ¶ late is locus restagnat; quem si qui ⟨sibi *af*⟩ uitare uoluerit ⟨uoluerunt *NO*¹*x*; -rint *Paul*⟩, sex milium circuitu in oppidum peruenit ⟨-niunt *Nhl*; *Paul*; peruenit *V.*⟩: 2, 24, 4; ¶ consuesse enim deos immortales . . . quos pro scelere eorum ulcisci uelint, his ⟨*c*⟩ secundiores interdum res . . . concedere: I 14, 5; ¶ uti: I 44, 4 *u.* experiri; si sua opera in bello uti uellet: 3, 1, 5.

β) nom. c. inf.; αα) praes.: iam duo praefecti fabrum . . . a me missi sunt, si uolent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus quam iis, qui: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 2; — Scipionis milites cohortatur, ut parta iam uictoria praedae ac praemiorum uelint esse participes: 3, 82, 1; ¶ qui diligentiores uideri uolebant: 2, 29, 4.

ββ) perf.: his uti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse uellent, imperauit: I 28, 1.

b) subaudiendus est infin.: ius esse belli, ut qui uicissent iis ⟨*c*⟩, quos uicissent, quem ad modum uellent imperarent: I 36, 1; cum uellet (Caesar), congrederetur: I 36, 7; licere, si uelint ⟨uellint B^1M^1; uellent M^2⟩, in Vbiorum finibus considere: IV 8, 3; licere illis . . . quascumque in ⟨*c*⟩ partes uelint sine metu proficisci: V 41, 6; nequiquam eius (Pompei) auxilium, si postea uelit, senatum imploraturum: 1, 1, 4; (Pompeius) naues reliquas, si uellet, subduci et refici iuberet: 3, 23, 3; M. † itfiuium, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo ⟨*Lamb.*; delega *Med.*; uel tertiae legionis legatum *Manut.*⟩; si uis, tu ⟨*Lamb.*; delega, si uis; tu *edd. plur.*⟩ ad me alium mitte, quem ornem: *ap. Cic. ad fam.* VII 5, 2.

C. adiungitur acc. c. inf.; a) additur acc. c. inf.; α) praes.; αα) act.: deperdere: I 43, 8 *u.* esse; ¶ ibi futuros Heluetios, ubi eos Caesar constituisset atque esse uoluisset: I 13, 3; populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui ⟨*c*⟩ nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores ⟨auctos MB^2⟩ uelit esse: I 43, 8; edictumque praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium ciuitatum sibi esse praesto Cordubae uellet: 2, 19, 1; **id* (se) arbitrari uitio factum eorum, quos esse auctores eius rei uoluisset: 3, 57, 2; ¶ hoc uos statim scire uolui: *ap. Cic. ad Att.* IX 13 *A*, 1; ¶ quod . . . suis quoque rebus eos timere uoluit: IV 16, 1; ¶ si iudicium senatus obseruari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello uictam suis legibus uti uoluisset: I 45, 3.

ββ) pass.: (Vercingetorix) imperat certum numerum militum ciuitatibus, quem et quam ante diem in castra adduci uelit: VII 31, 4; ¶ si negotium confici stirpemque hominum sceleratorum interfici uellet ⟨*ik*; *Ald.*; uellent *X*; *Fr.*⟩, dimittendae plures manus . . . erant; si continere ⟨contineri β⟩ ad signa manipulos uellet ⟨β; uellent α; *Fr.*⟩, ut instituta ratio . . . postulabat, locus ipse ⟨*o*⟩ erat praesidio barbaris: VI 34, 5. 6; ¶ si amplius obsidum uelit dari, ⟨*sic* β; uellet, dare α; *Np. Schn.*, *Db.*, *Hold.*, *Dt.*²; uelit, dare *Fr.*, *Dt.*¹⟩

Digitized by Google

pollicentur: VI 9, 7; ¶ quos ille (Litauiccus) edocuerat, quae dici uellet: VII 38, 4; equidem me Caesaris militem dici uolui, uos me imperatoris nomine appellauistis: 2, 32, 14; ¶ erat iniqua condicio . . . exercitum Caesaris uelle dimitti, dilectus habere: 1, 11, 1; (se) eos exercitus, quos contra se multos iam annos aluerint, uelle dimitti: 1, 85, 5; ¶ quod (Pompeius) neminem dignitate secum exaequari uolebat: 1, 4, 4; ¶ qui se ex his minus timidos existimari uolebant: I 39, 6; ¶ se, cum id fieri uellet, uexillo signum daturum: 3, 89, 4; quid (quae) fieri uelit (uellet *u.* **facio** *p. 1262 uers. 18—34 et uers. 43—49 (9+4 loc.)*; ¶ se . . . quaecumque bella geri uellet (Caesar), sine ullo eius labore . . . confecturum: I 44, 13; ¶ interfici: VI 34, 5 *u.* confici; ¶ montem, quem a Labieno occupari uoluerit (Caesar), ab hostibus teneri: I 22, 2; ¶ causa mittendi fuit quod iter per Alpes . . . patefieri uolebat: III 1, 2; ¶ cum P. Attio agebant, ne sua pertinacia omnium fortunas perturbari ⟨periclitari *Kraff.*⟩ uellet: 2, 36, 2; ¶ quod magna parte diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui uolebat: V 9, 8; quod siluae paludesque intercedebant neque etiam paruulo detrimento illorum locum ⟨eos *add.* β⟩ relinqui uidebat ⟨ullum loc. rel. uolebat *Lambin.*⟩: V 52, 1; ¶ si hoc sibi remitti uellent, remitterent ipsi de maritimis custodiis: 3, 17, 4; ¶ quod neque conloquium interposita causa tolli uolebat neque salutem suam Gallorum equitatui committere audebat: I 42, 5.

γγ) **act. et pass.:** id mihi duabus de causis (druides) instituisse uidentur, quod neque in *uulgus disciplinam efferri uelint neque eos, qui discunt ⟨*c*⟩, litteris confisos minus memoriae studere ⟨-rent *AQ*⟩: VI 14, 4.

β) **perf.** *(cf. Hartz GP. Frankf. a. O. 1875 p. 25 sq.):* uelle Pompeium se Caesari purgatum: 1, 8, 3; ¶ (ut nostri perpetuas munitiones † uidebant ⟨uolebant *Madu.*⟩ perductas ex castellis in proxima castella, . . . ita: 3, 44, 4.)

b) **subaudiendus est acc. c. inf.:** quoniam talis occasio uictoriae dimitteretur, etiam cum uellet Caesar, sese non esse pugnaturos: 1, 72, 4; *ap. Cic. ad fam.* VII 5, 2 *u.* B. b) *extr.*

D. **additur coniunctiuus:** tu uelim mihi ad urbem praesto sis: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

E. **additur aduerb.:** uincite, inquit, si ita uultis, Sabinus: V 30, 1; ¶ quem ad modum: I 36, 1 *u.* B. b).

(Cupere . . . uelle: 1, 18, 1;) mihi opus est . . . uolo: I 34, 2; uelle . . . paratum esse: I 44, 4; (ad)petere . . . uelle: VII 77, 15; studere . . . uelle: (I 9, 3;) 1, 32, 8.

quid sibi uellet? I 44, 8.

Aduerb.: in primis: VI 14, 5; ita: V 30, 1; maxime: 3, 109, 1; minus: I 47, 1; (n)umquam: 3, 90, 3; postea: 1, 1, 4; quem ad modum: I 36, 1.

uoltus *u.* **uultus.**

uoluntarius. 1. **adiect.:** eum (Crastinum) electi milites circiter CXX ⟨LXX *Paul*⟩ uoluntarii ⟨uoluntariae *hl*; uoluntarie *N*⟩ eiusdem centuriae ⟨(uoluntarii) eiusd. cent. *del. Fröhlich*⟩ sunt prosecuti: 3, 91, 3.

2. **ui subst.:** intellexit . . . Neruios Aduatucosque bellum Romanis parare, neque sibi uoluntariorum copias defore, si ex finibus suis progredi coepisset: V 56, 1.

uoluntas. **A. = optatum, postulatum, propositum (Wille, Wunsch, Absicht); a) subi.:** ⟨Pompei *add. codd.; Np.; del. Elberl.*⟩ summam ⟨suam *Lips.; Forchh.*⟩ suam ⟨*om. codd.; add. Kran.*⟩ esse ac fuisse semper uoluntatem, ut componeretur ⟨*c*⟩ atque ab armis discederetur; sed potestatem eius rei nullam habere, propterea quod de consilii sententia summam belli . . . Pompeio permiserint: 3, 16, 4; 109, 3 *u.* d) β).

b) **obl.:** Massilienses . . . sese dedere . . . constituunt. sed paucis ante diebus L. Domitius cognita Massiliensium ⟨-ibus *af*⟩ uoluntate . . . profectus est: 2, 22, 2; ¶ legati ad Caesarem mittantur, qui uoluntatem senatus ei proponant: 1, 3, 7.

c) **dat.:** tanti eius (Diuiciaci) apud se gratiam esse ostendit, uti et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius uoluntati ac precibus condonet: I 20, 5; ¶ debere eos Italiae totius auctoritatem sequi potius quam unius hominis uoluntati obtemperare: 1, 35, 1.

d) **gen.;** α)**:** (leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi uoluptatisque ⟨uoluntatisque β; uolūptatisque *Q*⟩ causa: V 12, 6.)

β)**:** regem hortatus est, ut . . . legatos ad Achillam mitteret et quid esset suae uoluntatis ostenderet: 3, 109, 3.

e) **abl.:** neque (se) id, quod fecerit ⟨*c*⟩ de oppugnatione castrorum, aut iudicio aut uoluntate sua fecisse, sed coactu ciuitatis: V 27, 3; Pompeius enim rescripserat . . . neque suo consilio aut uoluntate Domitium se in oppidum

Digitized by Google

Corfinium contulisse: 1,19,3; ex numero tribunorum militum centurionumque non nulli sua uoluntate apud eum remanserunt: 1,77,2; ¶¶ de meis in uos meritis praedicaturus ⟨*e*⟩ non sum, quae sunt adhuc et mea uoluntate et uestra exspectatione leuiora: 2,32,10.

f) c. praep.; α) ad: si qua res non ad nutum aut ad uoluntatem eius facta sit: I 31, 12; — cum . . . plerique ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5,3.

β) contra *u.* **contra** *p. 719 extr. et 720 (3 loc.).*

B. = consensus, adsensus (Einwilligung) *(ablat.)*: sedes (se) habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum uoluntate datos: I 44,2; — ad hunc propter iustitiam prudentiamque summam ⟨β; suam α; *plur. edd.*⟩ totius belli omnium ⟨summa omnium *Whitte*⟩ uoluntate deferri: II 4,7; — alius alia causa inlata . . . petebat, ut eius uoluntate discedere liceret: I 39,3; — rogare (se), ut eius uoluntate id sibi facere liceat: I 7,3; si quid ei (fratri) a Caesare grauius accidisset, . . . neminem existimaturum non sua uoluntate factum: I 20,4; petierunt, uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris uoluntate facere ⟨fac. uol. β⟩ liceret ⟨idque *et* facere *del. Hartz*⟩: I 30,4; — licere: I 7,3 *et* 30,4 *u.* facere; I 35,3 *u.* reddere; I 39, 3 *u.* discedere; — iniquum esse de stipendio recusare, quod sua uoluntate ad id tempus pependerint ⟨dependerint $B^2\beta$⟩: I 44,4; — Calenus Delphos, Thebas, [et] Orchomenum uoluntate ipsarum ciuitatium recepit ⟨recip. h^1⟩: 3,55,3; — obsides . . . redderet Sequanisque permitteret, ut quos illi haberent uoluntate eius reddere illis liceret: I 35,3.

C. = cupiditas, ardor, studium, *προθυμία:* temptandum *Caesar* existimauit, quidnam Pompeius propositi aut uoluntatis ad dimicandum haberet: 3,84,1; ¶ aduentus enim L. Nasidii summa spe et uoluntate ciuitatem compleuerat: 2,4,4; — summa uoluntate recipere: 1,12,2 *et* 3,35,1 *u.* **D. b) β).**

D. = animus, mens; a) de omni animi inclinatione; α) subl.: omniumque esse Iguuinorum ⟨*e*⟩ optimam erga se uoluntatem: 1,12,1; neque se ignorare, quod esset officium legati . . ., quae uires suae, quae uoluntas erga Caesarem totius prouinciae ⟨*u. CC*⟩: 2,17,2.

β) obl.: cognita militum uoluntate Ariminum cum ea legione proficiscitur: 1,8,1; obsides ab Apolloniatibus exigere coepit. illi uero daturos se negare neque portas consuli praeclusuros. . . . quorum cognita uoluntate clam profugit Apollonia Staberius ⟨*e*⟩: 3,12,3; ¶ quo facto commutata omnium et uoluntate et opinione consensu *suorum *omnium constituit Curio . . . proelio rem committere: 2, 33,3; ¶ perspicere: V 4,3 *u.* **b) α)** perspicere; ¶ tanta ac tam secunda in Caesarem uoluntas prouinciae reperiebatur: 2,20,1; ¶ qua re paribus eorum beneficiis parem se quoque uoluntatem tribuere debere: 1,35,5.

γ) dat.: cuius aduentu cognito diffisus municipii uoluntati ⟨*Steph.*; -tatis *x*; -tate *O*⟩ Thermus . . . profugit: 1,12,2.

δ) gen.: tantamque omnibus ⟨omnium β; *Flod.*⟩ uoluntatum ⟨*AQM*^{3}; uoluntatem *BM*^{1}; uoluntatis β; *Flod.*⟩ commutationem attulit, ut . . . nulla fere ciuitas fuerit non suspecta nobis: V 54,4; ne qua aut largitionibus aut animi confirmatione aut falsis nuntiis commutatio fieret uoluntatis: 1,21,1.

ε) abl.: quibus rebus cognitis confisus municipiorum uoluntatibus Caesar cohortes legionis XIII. . . . deducit ⟨*e*⟩: 1,12,3; ¶ hic cum essent factiones duae, uaria uoluntate ciuitatium ⟨*e*⟩ utebatur: 3,35,2.

b) de secunda animorum inclinatione (= amor, beneuolentia); α) obl.: praestare uisum est tamen omnes difficultates perpeti quam tanta contumelia accepta omnium suorum ⟨sociorum *Kraff.*⟩ uoluntates alienare ⟨a se alien. *Nitsche*⟩: VII 10,2; ¶ quod Diuiciaci fratris summum in populum Romanum ⟨*e*⟩ studium, summam in se uoluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognouerat: I 19,2; 1,8,1 *u.* **a) β)** cognoscere; ¶ magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere, cuius tam egregiam in se uoluntatem perspexisset: V 4,3; ¶ temptemus hoc modo, si possimus ⟨*Petrarcha*; possumus *codd.*; *Klotz*, *Wsbg*⟩ omnium uoluntates recuperare et diuturna uictoria uti: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; ¶ quod pignore animos centurionum deuinxit et largitione militum uoluntates redemit: 1,39, 4; ¶ tribuere: 1,35,5 *u.* **a) β)** *extr.*

β) abl.: confidere: 1,12,3 *u.* **a) ε);** ¶ Curio summa omnium uoluntate Iguuium recipit: 1,12,2; Caluisius primo aduentu summa omnium Aetolorum receptus uoluntate . . . omni Aetolia potitus est: 3,35,1.

Adiect.: egregia: V 4,3; optima: 1,12,1; par: 1,35,5; secunda: 2,20,1; summa: I 19,2; 1,12,2; 2,4,4; 3,16,4 ⟨*e*⟩; 35,1; tanta: 2,20,1; uaria: 3,35,2.

Digitized by Google

uoluptas. A. obl.: quae quidem res Caesari non minorem quam ipsa uictoria uoluptatem attulit: I 53, 6; ¶ atque ego cum ex ipsa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho gaudio ⟨*o*⟩: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2; ¶ ut facile existimari posset nihil eos de euentu eius diei timuisse, qui non necessarias conquirerent uoluptates: 3, 96, 1.

B. gen.: leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi uoluptatisque ⟨uoluptatisq. *Q*; uoluntatisque β⟩ causa: V 12, 6.

C. e. praep.: neque eius calamitate de tanta uoluptate et gratulatione quicquam fortuna deminuerat ⟨diminuerat *BM*⟩: I 53, 6.

C. Volusenus: P. Sextius Baculus, primi pili centurio, . . . et item C. Volusenus, tribunus militum, uir et consilii magni et uirtutis, ad Galbam adcurrunt ⟨*o*⟩ atque . . . docent . . .: III 5, 2; ad haec cognoscenda, prius quam periculum ⟨*e*⟩ faceret, idoneum esse arbitratus C. Volusenum cum naui ⟨*o*⟩ longa ⟨*o*⟩ praemittit: IV 21, 1 *cf.* § 2; Volusenus perspectis regionibus ⟨*CC*⟩ omnibus ⟨*o*⟩, quantum ei facultatis dari potuit, qui naui ⟨*o*⟩ egredi ac se barbaris committere non auderet, quinto die ad Caesarem reuertitur quaeque ibi perspexisset renuntiat: IV 21, 9; legatis tribunisque militum conuocatis et ⟨*o*⟩ quae ex Voluseno cognouisset ⟨*o*⟩ et quae fieri uellet ostendit: IV 23, 5; tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut ea nocte, cum C. Volusenus, missus cum equitatu ad ⟨*o*⟩ castra uenisset, fidem non faceret adesse cum incolumi Caesarem exercitu: VI 41, 2; *cf.* § 3; (Roucillus et Egus) conati sunt praefectum equitum C. Volusenum interficere: 3, 60, 4; *cf.* § 5.

L. Vorenus: erant in ea legione fortissimi uiri centuriones, qui iam ⟨*o*⟩ primis ordinibus adpropinquarent, T. Pulio ⟨*o*⟩ et L. Vorenus: V 44, 1; *cf.* § 2; ex his Pulio ⟨*o*⟩, cum acerrime ad munitiones ⟨*o*⟩ pugnaretur, Quid dubitas, inquit, Vorene? V 44, 3; *cf. qu. sqq.*; ne Vorenus quidem sese tum ⟨*o*⟩ uallo continet, sed omnium ueritus existimationem subsequitur: V 44, 5; succurrit inimicus illi Vorenus ⟨*del. Nitsche*⟩ et laboranti subuenit: V 44, 9; *cf.* § 10; gladio comminus rem gerit Vorenus ⟨uorenus gl. rem comm. gerit β⟩ atque uno interfecto reliquos paulum propellit: V 44, 11; *cf.* § 12—14.

Vosegus: Mosa profluit ex monte Vosego ⟨uosgo *B sec. Fr.*, uósego *BQ sec. Hold.*⟩, qui est in finibus Lingonum: IV 10, 1.

(notomatus *u.* Teutomatus.)

notum: paludatique uotis nuncupatis exeunt ⟨*u. CC*⟩: 1, 6, 6.

nouco: qui sunt adfecti grauioribus morbis quique in proeliis periculisque uersantur, aut pro uictimis homines immolant aut se immolaturos uouent: VI 16, 2.

uox. A. = *φωνή*, (uocis) sonus, acclamatio, clamor; a) abl. instr.: omnes maiores natu . . . manus ad Caesarem tendere et uoce significare coeperunt, sese in eius . . . potestatem uenire neque ⟨*o*⟩ contra populum Romanum armis contendere: II 13, 2; nam cum de loco et tempore ⟨*o*⟩ eius rei controuersia inferretur, et uoce et manibus uniuersi ex uallo, ubi constiterant, significare coeperunt, ut statim dimitterentur: 1, 86, 2.

b) abl. modi: uincite, inquit, si ita uultis, Sabinus, et id clariore uoce, ut magna pars militum exaudiret: V 30, 1; ¶ magna uoce *u.* **magnus** *p. 529 (3 loc.)*.

B. = *λόγος*; a) = uerbum, dictum; α) obl.: audire *u.* **audio** A. b) *p. 371 (4 loc.)*; ¶ cum ab his (Sequanis) saepius quaereret neque ullam omnino uocem exprimere posset: I 32, 3.

β) abl.; αα) causae: ut ultro militum concursu ac uocibus sibi parcere ⟨parc. sibi β⟩ cogeretur: V 40, 7; ¶ sic uocibus consulis, terrore praesentis exercitus, minis amicorum Pompei plerique compulsi inuiti et coacti Scipionis sententiam sequuntur: 1, 2, 6; ¶ confirmare, eripere: 1, 3, 5 *u.* terrere; ¶ milites . . . centuriones ⟨*o*⟩ tribunosque militum . . . obsecrare, ut per eos Caesar certior fieret, ne labori suo neu periculo parceret. quorum studio et uocibus excitatus Caesar . . . experiendum iudicat: 1, 64, 4; ¶ simul eorum permotus uocibus ⟨permot. uoc. eor. β⟩, qui illius patientiam paene obsessionem appellabant, . . . (Cicero) mittit ⟨*o*⟩: VI 36, 2; ¶ horum uocibus ac timore paulatim etiam . . . milites centurionesque . . . perturbabantur: I 39, 5; ¶ quorum uocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur, plerisque uero libere decernendi potestas eripitur: 1, 3, 5.

ββ) instr.: ut iam non solum hostibus in contemptionem ⟨*o*⟩ Sabinus ueniret, sed etiam nostrorum militum uocibus non nihil carperetur: III 17, 5; ¶ primum inridere ex muro atque increpitare uocibus, quod ⟨quo *Scal.*⟩ tanta machinatio ab ⟨*o*⟩ tanto spatio instrueretur ⟨*o*⟩: II 30, 3; ¶ Afraniani milites . . . procurrebant contumeliosisque uo-

Digitized by Google

cibus prosequebantur nostros ⟨*c*⟩: necessarii uictus inopia coactos fugere atque ad Ilerdam reuerti: 1, 69, 1; ¶ centuriones . . . nutu uocibusque hostes, si introire uellent, uocare coeperunt: V 43, 6.

γ) c. praep.: ex percontatione nostrorum uocibusque Gallorum ac mercatorum, qui . . . praedicabant, . . . subito timor omnem exercitum occupauit: I 39, 1.

b) = decretum: quotienscumque sit decretum, darent operam magistratus, ne quid res publica detrimenti caperet, qua uoce et quo senatus consulto populus Romanus ad arma sit uocatus, factum in perniciosis legibus: 1, 7, 5.

urbanus: cum . . . Domitius urbanam gratiam dignitatemque iactaret: 3, 83, 1; ¶ retineri urbano motu Caesarem neque in tantis dissensionibus ad exercitum uenire posse: VII, 1, 2; ¶ M. Caelius Rufus praetor causa debitorum suscepta . . . tribunal suum iuxta C. Trebonii, praetoris urbani, sellam conlocauit: 3, 20, 1; ¶ cum iam ille urbanas res uirtute Cn. Pompei commodiorem in statum peruenisse intellegeret: VII 6, 1; ut idem ad portas urbanis ⟨urbis *Kindsch.*⟩ praesideat ⟨*Ald.*; praesidia *z*⟩ rebus et . . . prouincias . . . obtineat: 1, 85, 8.

urbs. A. subi.: praesidio et ornamento esse: VII 15, 4 *u.* B. succendere; ¶ habere: VII 15, 5 *ib.*; VII 36, 1 *u.* D. situs; ¶ (posse: 2, 16, 2 *u.* B. circummunire;) ¶ re cognita tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem uestigio uideretur: 2, 7, 3.

B. obl.: capere *u.* **capio** *p. 445* α) ββ) *(3 loc.)*; ¶ circumdare: VII 15, 5 *u.* succendere; ¶ ubi hostes . . . sentiunt totam urbem, qua sit aditus ab terra, muro turribusque circummuniri ⟨*Aicardus*; *Np.*, *Db.*; circumiri *z*; *Dt.*⟩ posse: 2, 16, 2; ¶ completur urbs † et ius ⟨et ipsum *Hug*; *Db.*; et [ius] *Dt.*; campus Martius *Hell.*; militibus *Np.*; *u. CC*⟩ comitium tribunis ⟨*c*⟩, centurionibus ⟨*c*⟩, euocatis ⟨*c*⟩: 1, 3, 3; ¶ defendere: VII 15, 5 *u.* succendere; ¶ non posse ⟨*c*⟩ milites contineri, quin spe ⟨*c*⟩ praedae in urbem inrumperent urbemque delerent: 2, 12, 4 (*Np.* 5); ¶ num tu harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram ac plures terras et urbem et urbes et imperium et imperia dicamus, neque . . . possimus? *ap. Gell.* XIX 8, 8; ¶ Calenus Delphos, Thebas, [et] Orchomenum uoluntate ipsarum ciuitatium recepit, non nullas urbes ⟨*del. Ciacc.*⟩ per uim expugnauit, reliquas ciuitates . . . conciliare studebat: 3, 55, 3; ¶ uno die amplius XX urbes Biturigum incendduntur. hoc idem fit ⟨*c*⟩ in reliquis ciuitatibus: VII 15, 1; ¶ ponere: VII 36, 1 *u.* D. situs; ¶ consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium . . ., ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Caesari seruarent ⟨reseruar. *Ciacc.*(?)⟩: 2, 20, 2; ¶ procumbunt omnibus Gallis ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam prope totius Galliae ⟨gall. tocius β⟩ urbem, quae et ⟨β; *Schn.*; *om.* α; *rell. edd.*⟩ praesidio et ornamento sit ciuitati ⟨ciuitatis β⟩, suis manibus succendere cogerentur; facile se loci natura defensuros dicunt, quod prope ex omnibus partibus flumine et palude circumdata unum habeat et perangustum aditum: VII 15, 4. 5; ¶ Caesar . . . Siciliam atque Africam, sine quibus urbem ⟨urbs est *a*⟩ atque Italiam tueri non potest, uestrae fidei commisit: 2, 32, 2.

C. dat.: una (nauis) praemissa Massiliam huius nuntii perferendi gratia cum iam adpropinquaret urbi, omnis sese multitudo . . . effudit: 2, 7, 3; ¶ (Caesar . . . Apolloniam proficiscitur. eius ⟨*c*⟩ aduentu audito L. Staberius ⟨*c*⟩, qui ibi ⟨urbi *Kindsch.*⟩ praerat, aquam comportare in arcem ⟨*c*⟩ . . . coepit: 3, 12, 1;) ¶ Domitius . . Massiliam peruenit atque ab iis ⟨*c*⟩ receptus urbi praeficitur: 1, 36, 1; non solum urbibus, sed paene uicis castellisque singulis ⟨*om. Db.*⟩ singuli ⟨*add. Oehler*; *om. z*; *Np.*, *Dt.*⟩ cum imperio praeficiebantur: 3, 32, 3; ¶ Caesari ad . . . socios confirmandos, praesidium urbibus relinquendum necesse erat adire ⟨*c*⟩ Apolloniam: 3, 78, 1.

D. gen.: (haec quo facilius Pompeio probari possent, omnes suas terrestres urbiumque ⟨nauiumque *coni. Np.*⟩ copias dimissurum ⟨dimissurus *afh*⟩ *codd.*; *Np.*; terrestres copias urbiumque praesidia deducturum *Paul*; *spuria haec iudicat Hug*⟩: 3, 10, 10;) ¶ certasque cuique partes ad custodiam urbis attribuit: 1, 17, 3; nuntii . . . uenerunt, qui . . . de custodia ac defensione urbis hortarentur: 2, 36, 3; ¶ hoc . . . opus . . . ad utilitatem et defensionem urbium summam habet oportunitatem: VII 23, 5; Massilienses . . . ad defensionem urbis reliqua apparare coeperunt: 2, 7, 4; 36, 3 *u.* custodia; ¶ pars . . turris concidit . . ., cum hostes urbis direptione ⟨turris deiectione *Koch*; *del. Paul*⟩ perterriti . . . supplices manus tendunt: 2, 11, 4 (12, 1 *Np.*); ¶ milites docuit, quantum usum haberet . . . potiri oppido . . . opulento, simul reliquis ciuitatibus

Digitized by Google

huius urbis exemplo *inferri terrorem: 3, 80, 5; ¶ extremum . . . senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis . . . numquam ante descensum ⟨*c*⟩ est: 1, 5, 3; ¶ (Massilienses) reliquas merces commeatusque ad obsidionem urbis, *si* accidat ⟨*c*⟩, reseruant: 1, 36, 3; ¶ turres uineasque ad oppugnationem urbis agere . . . instituit: 1, 36, 4; ¶ tum uero ex omnibus urbis partibus orto clamore qui longius aberant . . . sese ⟨*c*⟩ ex oppido eiecerunt: VII 47, 4; compluresque milites huius urbis ⟨milites in uiis urbis *Madu.*; milites eius [urbis] *Paul*⟩ omnibus partibus interficiebantur: 3, 106, 5; ¶ (praesidia: 3, 10, 10 *u.* copiae;) ¶ ut . . . uel domesticis opibus uel externis auxiliis de salute urbis confiderent: 2, 5, 5; ¶ quintis castris Gergouiam peruenit equestrique . . . proelio leui facto perspecto urbis situ, quae posita in altissimo monte omnes aditus difficiles habebat, de oppugnatione ⟨*c*⟩ desperauit: VII 36, 1; ad Alesiam castra fecit. perspecto urbis situ perterritisque hostibus . . . Alesiam ⟨*c*⟩ circumuallare instituit. ipsum erat oppidum ⟨*c*⟩ in colle summo: VII 68, 3; (69, 1;) ¶ uiae: 3, 106, 5 *u.* partibus.

E. abl.: (se) debere . . neutrum eorum contra alterum iuuare aut urbe aut ⟨*c*⟩ portibus recipere: 1, 35, 5.

F. c. praep.; a) ab: Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat eodem se habiturum loco qui Romae remansissent et qui in castris Caesaris fuissent: 1, 33, 2; quos ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne: 1, 34, 3; ¶ proficisci *u.* **proficiscor** *p. 1241* **c) α)** *(3 loc.).*

b) ad; α): Caesar . . . milites in proxima municipia deducit; ipse ad urbem proficiscitur: 1, 32, 1; Caesar . . . legiones . . . ceteras in Italiam mittit; ipse ad urbem proficiscitur: 2, 22, 6; ¶ a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A.*

β): dent operam consules, praetores, tribuni plebis quique *pro* coss. sint ⟨sunt *Ohl; om. af*⟩ ad urbem, ne quid res publica detrimenti capiat: 1, 5, 3; — tu uelim mihi ad urbem praesto sis: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3; ¶ quoniam ipse (Pompeius) ad urbem cum imperio rei publicae causa remaneret ⟨remanebat β⟩: VI 1, 2; ¶ timere Caesarem . . ., ne ad eius periculum reseruare et retinere eas (legiones) ad urbem Pompeius uideretur: 1, 2, 3.

c) circa (contra): dilectus circa ⟨*Np.*; contra *z*; intra *O*⟩ urbem intermittuntur: 1, 14, 4.

d) ex: cuius aduentu cognito diffisus municipii uoluntati ⟨*c*⟩ Thermus cohortes ex urbe reducit ⟨educit *Ald.*⟩ et profugit: 1, 12, 2; ¶ consules, quod ante id tempus accidit numquam, ⟨clam *add. Heller et Kindscher; Dt.*⟩ ex urbe proficiscuntur ⟨*u. CC*⟩: 1, 6, 7; Cn. Pompeius pridie eius diei ex urbe profectus iter ad legiones habebat: 1, 14, 3; ¶ profugiunt statim ex urbe tribuni plebis: 1, 5, 5; ut . . . Lentulus consul . . . protinus aperto sanctiore aerario ex urbe profugeret: 1, 14, 1; ¶ (reducere: 1, 12, 2 *u.* educere;) ¶ qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti non magnum ⟨*c*⟩ in re militari usum habebant: I 39, 2.

e) extra: proximis diebus habetur extra urbem senatus: 1, 6, 1.

f) in urbem: animaduertit multa undique portari atque agi plenissimis uiis, quae repentini tumultus timore ex agris in urbem conferantur ⟨-ebantur *Paul*⟩: 2, 25, 2; ¶ (Massilienses) frumentum ex finitimis regionibus atque [in] omnibus castellis in urbem conuexerant ⟨euex. a^1⟩: 1, 34, 5; ¶ deductis Pergamum atque in locupletissimas urbes in hiberna legionibus maximas largitiones fecit et confirmandorum militum causa diripiendas his ciuitates dedit: 3, 31, 4; ¶ inrumpere: 2, 12, 4 *u.* B. delere; ¶ facile erat ex . . . superioribus locis prospicere in urbem: 2, 5, 3; ¶ doluisse se, quod . . . erepto . . semenstri imperio in urbem retraheretur: 1, 9, 2.

g) in urbe: quod senatus in urbe habebatur Pompeiusque aderat ⟨ad urbem erat *Ciacc.*⟩: 1, 2, 1; lictoresque habent in urbe et ⟨*c*⟩ Capitolio priuati ⟨*c*⟩ contra omnia uetustatis exempla: 1, 6, 7; damnatos illis temporibus, quibus in urbe ⟨-bem *z*⟩ praesidia legionum Pompeius habuerat, . . . restituit: 3, 1, 4; ¶ armorum officinas in urbe instituerant: 1, 34, 5.

Vrbis nomine significantur Alesia VII 68, 3; Alexandria: 3, 106, 5; Auaricum: VII 15, 4; Corfinium: 1, 17, 3; Gades: 2, 20, 2; Gergouia: VII 36, 1; 47, 4; Gomphi: 3, 80 5; Iguuium: 1, 12, 2; Massilia: 1, 34, 5 *bis;* 35, 5; 36, 1. 3. 4; 2, 5, 3. 5; 6, 1; 7, 3 *bis;* 7, 4; 11, 4; 12, 3. 4 *bis;* 16, 2; Roma: I 7, 1; 39, 2; VI 1, 2; 1, 2, 1. 3; 3, 3; 5, 3 *bis;* 5, 5; 6, 1. 7 *bis;* 9, 2; 14, 1. 3. 4; 32, 1; 33, 2. 4; 34, 3; 2, 22, 6; 32, 2; 3, 1, 4; 2, 1; *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* 16, 3; Vtica: 2, 25, 2; 36, 3. *Cf.* **oppidum** *extr. p. 946.*

Digitized by Google

Ciuitas . . . urbs: 3, 31, 4; 55, 3; 80, 5; **municipium . . . urbs:** 1, 12, 2; **oppidum . . . urbs:** VII 47, 4; 68, 3 & 69, 1; 2, 20, 2; 3, 80, 5; **urbs . . . Roma:** 1, 33, 2.

Adiect.: **locupletissimae:** 3, 31, 4; **non nullae:** 3, 55, 3; **pulcherrima:** VII 15, 4; **singulae:** 3, 32, 3; **tota:** 2, 16, 2; ¶ Biturigum urbes XX: VII 15, 1.

urgeo: cum septimam legionem, quae iuxta constiterat, item urgeri ⟨*AQB*^{1}β; urgueri *B*^{1}*M*⟩ ab hoste uidisset: II 26, 1; ¶ ubi suos urgeri signisque in unum locum conlatis . . . confertos milites sibi ipsos ad pugnam esse impedimento uidit: II 25, 1.

urus: tertium est genus eorum, qui uri appellantur: VI 28, 1; *cf. qu. sqq.* § 1—4 (6).

Vsipetes. IV 16, 2 *in A scriptum est* usupetum, *in Q* husu petum; *reliquis locis in omnibus codd. uidetur extare* **usipetes**, -ibus.

ea quae secuta est hieme . . . Vsipetes Germani et ⟨*o*⟩ item Tencteri ⟨*o*⟩ magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt: IV 1, 1; *cf. qu. sqq.* § 1. 2; in eadem causa fuerunt Vsipetes et Tencteri ⟨*o*⟩, quos supra diximus: IV 4, 1; *cf. qu. sqq.* 4, 1—16, 1; accessit etiam quod illa pars equitatus Vsipetum et Tencterorum ⟨*o*⟩, quam supra commemoraui praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se . . . in fines Sugambrorum receperat: IV 16, 2; *cf. qu. sqq.* § 2. 3; Sugambri . . . hortantibus ils ⟨*o*⟩, quos ex Tencteris ⟨*o*⟩ atque ⟨*o*⟩ Vsipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant: IV 18, 4; a quibus (Sugambris) receptos ex fuga Tencteros ⟨*o*⟩ atque Vsipetes supra docuimus: VI 35, 5.

usitatus: apud eos . . . omne **genus** cuniculorum notum atque usitatum est: VII 22, 2.

usque. A. de loco; a) usque ad *u.* **ad** *p. 114 sq. (6 loc.).*

(b) usque in: nostri cedentes usque ad ⟨*pr. edd.;* usque in α; *Fr., Hold;* ad β⟩ castra insecuti ⟨*o*⟩ sui colligendi ⟨*o*⟩ facultatem non dederunt: VII 80, 8.)

B. de tempore: cum ab hora fere quarta usque **ad solis occasum** ⟨occ. sol. *h*⟩ pugnaretur: III 15, 5; ¶ acriter utrimque usque **ad uesperum** pugnatum est: I 50, 3.

C. trsl.: Germani equites . . . in castra inrumpere conantur, nec prius sunt uisi . . . quam castris adpropinquarent, usque eo, ut qui sub uallo ⟨*o*⟩ tenderent mercatores recipiendi sui facultatem non haberent: VI 37, 2; summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu . . . usque eo, ut complures dies frumento milites caruerint et pecore ex ⟨*o*⟩ longinquioribus uicis adacto extremam famem sustentarint ⟨*Whitte;* -rent *X; edd.*⟩: VII 17, 3.

usura(e): **accedebant** ad haec grauissimae usurae, quod in bello plerumque accidere consueuit uniuersis imperatis pecuniis: 3, 32, 5; ¶ legem promulgauit, ut sexenni ⟨*o*⟩ die ⟨*o*⟩ **sine usuris** creditae pecuniae *soluerentur: 3, 20, 4.

usus. A. propr. = usurpatio; χρῆσις, χρεία; **a) subl.:** postea uero, ut **est** rerum omnium magister usus hominum adhibita sollertia, inuentum est ⟨*sic Eusen.;* usus, hom. adh. soll. inuent. est *edd.;* usus hominum, adh. s. inu. est *Kraff.; sed haud scio an uerba* hom. adh. soll. *delenda sint*⟩ magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata: 2, 8, 3; ¶ quod ubi hostes uiderunt . . . suorumque tormentorum usum ⟨usu *hl*⟩, quibus ipsi magna sperauissent, † spatio propinquitatis ⟨spatii propinquitate *Madu.*⟩ **interire** . . . intellegunt: 2, 16, 3.

b) obl.: ut . . . his (uelis armamentisque) ereptis omnis usus nauium uno tempore **eriperetur**: III 14, 7.

c) gen.: pelles (erant) pro uelis alutaeque tenuiter confectae, [hae] siue propter lini ⟨*o*⟩ inopiam atque eius usus **inscientiam** ⟨inscientia β⟩ siue eo ⟨*o*⟩ . . ., quod . . . arbitrabantur: III 13, 6.

d) abl.: (Romanos,) si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariarum et dignitate **spoliatum iri**: VII 66, 5.

e) c. praep. (ad): Veneti . . . bellum parare et maxime ea, quae ad usum nauium **pertinent**, prouidere instituunt: III 9, 3; ¶¶ quod ⟨*o*⟩ . . . Gallis . . prouinciarum ⟨*CC*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque **usus** ⟨usum β⟩ **largitur**, paulatim adsuefacti superari . . . ne se quidem ipsi cum illis (Germanis) uirtute comparant: VI 24, 5 (6); ¶¶ naues longas, quarum et species erat ⟨*om.* α⟩ barbaris inusitatior et motus **ad usum** ⟨usus ad motum *Oiacc.*⟩ **expeditior**, . . . constitui . . . iussit: IV 25, 1; — Nerulí uallo . . . et fossa . . . hiberna cingunt . . . sed nulla ⟨his *add.* β⟩ ferramentorum copia, quae esset ⟨sunt β; essent *Oiacc.*⟩ ad hunc usum **idonea**, gladiis caespites ⟨*o*⟩ circumcidere . . . cogebantur ⟨*o*⟩: V 42, 3.

B. trsl.; a) = id quod frequenti usu (usurpatione) comparatur; α) exercitatio, peritia, ἐμπειρία; **αα) subl.:** naues faciant, cuius ge-

Digitized by Google

neris eum superioribus annis usus Britanniae docuerat: carinae ac . . . ⟨docuerant carinae. ac . . . *Ohl*⟩: 1, 54, 1; ¶ magistrum esse: 2, 8, 3 *u.* **A. a**); — his difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque usus militum, quod superioribus proeliis exercitati quid fieri oporteret . . . ipsi sibi ⟨*c*⟩ praescribere . . . poterant, et quod . . . uetuerat: II 20, 3; ¶ factum eius hostis periculum . . . seruili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam ⟨$B^2\beta$; *Schn.*; quae α; *rell. edd.*⟩ a nobis accepissent, subleuarent ⟨-ret *Kobilinski*⟩: I 40, 5.

ββ) **appos.**: II 20, 3 *u.* αα) esse.

γγ) **obl.**: (accipere: I 40, 5 *u.* αα) subleuare;) ¶ habere *u.* **habeo** *p. 1400 (5 loc.)*; ¶ sic neque agri cultura nec ratio atque usus belli intermittitur: IV 1, 6; ¶ ii ⟨*c*⟩, qui ⟨*c*⟩ in iugo constiterant ⟨*c*⟩, nullo etiam nunc usu rei militaris percepto ⟨*del. Ciacc.*⟩ neque in . . . consilio permanere . . . neque . . . uim celeritatemque . . imitari potuerunt ⟨*c*⟩: VI 40, 6; qui (expediti) cotidiana consuetudine usum quoque eius generis proeliorum perciperent: 3, 84, 3.

δδ) **gen.**: non recusare se, quin nullius usus imperator existimaretur, si sine maximo detrimento legiones Caesaris sese recepissent ⟨*u. CC*⟩: 3, 45, 6; ¶ modo conscripti atque usus militaris imperiti ad tribunum militum centurionesque ora conuertunt: VI 39, 2.

εε) **abl.**; ϛ): quibus rebus nostri usu docti haec reperiebant remedia: 3, 50, 2; ¶ ac tantum usu cotidiano et exercitatione efficiunt, uti: IV 33, 3; ¶ ut ⟨*c*⟩ cogitata praeclare eloqui possent non nulli studio et usu elaborauerunt: *ap. Cic. Brut.* 253; ¶ (quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitauissent, neu suam neu ⟨*sic Elberl.*; ne usu manuque *l²*; *edd.*; ne usu manu *Oafh*⟩ reliquorum opinionem fallerent: 3, 86, 5;) ¶ nostri milites . . . usu periti ac superioribus pugnis exercitati sua sponte cursum represserunt: 3, 93, 1.

ϛ): quod (Veneti) . . . scientia atque usu rerum nauticarum ceteros ⟨*sic* β; rerum nauticarum reliquos *edd.*; nauticarum (*om.* rerum) reliquos α⟩ antecedunt: III 8, 1; ¶ erant cum Achilla *eae copiae, ut neque numero neque genere hominum neque usu rei militaris contemnendae uiderentur: 3, 110, 1.

ζ): quod haec de Vercingetorige usu ⟨*a*; usus *αhl*⟩ uentura opinione praeceperat: VII 9, 1.

β) = **cognitio, notitia**: hominum et locorum notitia et usu eius prouinciae nactus aditus ad ea conanda: 1, 31, 2.

b) = **utilitas, commodum**; α) **subl.**: interire: 2, 16, 3 *u.* **A. a**).

β) **obl.**: tarditate et grauitate nauium impediebantur: factae enim subito ex umida materia non eundem usum celeritatis habebant ⟨*Oud.*; habuerant *Oα*⟩: 1, 58, 3; milites docuit, quantum usum haberet ad subleuandam omnium rerum inopiam potiri oppido pleno atque opulento, simul reliquis ciuitatibus huius urbis exemplo *inferri terrorem: 3, 80, 5.

γ) **dat.**: usui esse *u.* **sum** *p. 2044 extr. et 2045 (18 loc.)*.

δ) **c. praep.**: ex usu esse (accidere) *u.* **ex** *p. 1187* c) *(4 loc.)*

c) = **necessitas (Bedürfniss)**; α) **subl.**: usus (adest,) est (poscit) *u.* **sum** *p. 2007 uers. 13—20 (3 loc.)*; ¶ ut, si usus ueniat, suum quisque locum teneat et nouerit: VII 80, 1.

β) **c. praep. (ad)**: ad usum pertinere: III 9, 3 *u.* **A. c**); ¶ idoneus: V 42, 3 *ib.*; ¶¶ Pompeius . . . aeris magno pondere ad militarem usum in naues imposito . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; — largiri: VI 24, 5 *u.* **A. c**); — nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: 1, 85, 7; ¶¶ hi miserrimo . . . exercitui ⟨*c*⟩ Caesaris luxuriem obiciebant, cui semper omnia ad necessarium usum ⟨uictum *recc.*; *prob. Voss.*⟩ defuissent: 3, 96, 2.

[**Falso**: cum . . . omnes sine timore iter facerent usi ⟨O^2; usu *z*⟩ superiorum temporum . . . licentia: 1, 51, 2.]

Vsui esse ad bellum: I 38, 3; oppugnationem: 2, 35, 5; eam rem (eas res): IV 31, 2; VII 11, 5; — ad oppugnandum: II 12, 3; — ad bellum gerendum, *sim.*: II 9, 5; IV 29, 4; V 1, 4; VII 41, 3; 1, 19, 1; ¶ **usus in castris**: I 39, 5; in re militari: I 39, 2; 2, 34, 4; — **usus belli**: IV 1, 6; 20, 4; eius generis proeliorum: 3, 84, 3; prouinciae: 1, 31, 2; rei militaris: VI 40, 6; 3, 110, 1. 6; rerum nauticarum: III 8, 1; — Britanniae: 1, 54, 1; celeritatis: 1, 58, 3.

Adiect.: ((ali)qui: VII 55, 7;) cotidianus: IV 33, 3; (idem: 1, 58, 3;) magnus *u.* **magnus** *p. 529 (10 loc.)*; militaris: VI 39, 2; 3, 103, 1; necessarius: 3, 96, 2; nullus: VI 40, 6; 2, 7, 1; 3, 45, 6; omnis: III 14, 7; quantus: 3, 80, 5.

ut, uti. I. **Forma**: uti ab: I 31, 4; II

Digitized by Google

35,1; IV 6,3; V 17,2; ad: III 18,2 ⟨ut β⟩; IV 11,2; V 48,3 ⟨ut *Q*⟩; VI 20,1; 3,11,1; 23,3 ⟨ut *l*⟩; 73,6; aduersariorum: 3,40,2; aliquem: I 34,1; aliqui: V 26,4 ⟨ut β⟩; amitteretur: 3, 101,3; ante: 1,2,6; aut: I 47,1; VI 15,1; auxilia: VI 10,1 ⟨ut α⟩; uti capiant ⟨ut copiam β⟩: III 18,7; Caesari: I 41,3; castra: 3,85,2; coactis: V 22,1; conquirerent: I 28,1; corporis: 2,31,6; de: IV 19,2; dictum: I 49,3; duae: 2,37,4; ea: I 14,6; 31,2; II 2,3; eadem: III 22,4; eandem: II 16,3; earum: II 4,3 ⟨ut *l*⟩; eo: 1,85,4; eodem: I 5,4; eos: I 52,1 ⟨ut β⟩; equitatu: 1,63,2; et: I 20,5; IV 5,2 ⟨ut β⟩; eum: 1,6,2; ex: IV 23,3 ⟨ut β⟩; V 23, 3; 1,6,3; exercitus: 3,86,1; exploratis ⟨ut α⟩: IV 21,2; fierent: 3,108,3; frumento: I 48,2; hoc: VII 29,4; in: III 1,3; IV 33,3 ⟨ut *fhl*⟩; V 4,2 ⟨ut β⟩; 6,4 ⟨ut *M*β⟩; V 7,3 ⟨ut α*(f?)*⟩; instituerat: VI 3,4 ⟨ut α⟩; inter: I 9,4; 15,5 ⟨ut *af*⟩; ipse: 1,70,4; Litauiccus: VII 37,7 ⟨ut α⟩; ne: 3,56,1; numerus: VII 35,3 ⟨ut β⟩; obsides: I 14,7; omnes: I 31,11; 3,102,2; omnibus: III 22,2 ⟨ut α⟩; omnino: V 51,5 ⟨ut β⟩; opinione: IV 16,7 ⟨ut β⟩; opus: III 29,2 ⟨ut β⟩; optime: I 45,1; pabulatione: 3,43,3; pars: VII 32,5; per: I 41,3 β; 1,9,6; pertinacia: I 42,3; Petreius: 1,38,2; potestatem: IV 11,2 ⟨ut α⟩; quam: V 1,1; quicumque: I 35,4; rei; IV 23,5 ⟨ut α⟩; se: 1,22,5; sibi: I 30,4 ⟨ut *A*⟩; 31,1; spe: 2,31,8 ⟨*ego*; ut ipse *x*; *edd.*⟩; suae: II 21,2; (supra: I 24,2;) II 1,1; toti: I 30,3; totius: I 20,4 ⟨ut β⟩; tuto: 3,112,6; uno: 2,14,2; unus: 2,35,1.

ut *exstat in omnibus codd. ante litteras* **a** *55 locis (praeterea* (*in* α V 54,4,) *in* β VII 72, 4); **b** *3 locis;* **c** *49 (51) locis (praeterea* (*in* α VII 81,4,) *in* β I 50,2; **d** *32 (33) locis (praeterea in* β VI 18,2); **e** *71 locis (praeterea* (*in* α VII 14,3,) *in* β I 43,4); *omiss. in hl* 3,49,4; **f** *16,* **g** *3 locis;* (*omiss. in AM*β II 1,3;) **h** *6 locis* (*praeterea in* α V 47,4); **i** *70 locis (praeterea in* β I 44,8; II 6,3; III 4,1; (*in x* 3,19,1);) **j** *8 locis;* **l** *10,* **m** *38 locis* (*praeterea in* β VII 65,5); **n** *53 locis (praeterea in* β VI 43,6; (*in X* VI 43,4, *in x* 2,9,2); **o** *15,* **p** *68,* **q** *38 locis (praeterea in* β V 33,1 *et* VII 8,3, (*in* α I 39, 5 *et* III 4,2, *in af* 2,15,2); **r** *23 locis (praeterea in* α III 4,1; (*in af* 1,25,1);) **s** *110 (111) locis, praeterea in* β IV 55,1, (*in* α VI 9,7,) (*in x* 1,58,1); **t** *21,* **u** *7,* **v** *16 locis.*

II. Signifie.; 1. aduerb.; A. notione relatiua; a) aduerb. modi; α) nihil significat nisi modum (= quem ad modum); αα) additur uerbum: ut accidit, ut tum accidit *u.* **accido** *p. 74 extr. et p. 75 (6 loc.);* ¶ ut aestimatur: V 13,2 *u.* existimatur; ¶ Roucilli atque Egi familiares . . . cuncta, ut erant acta ⟨gesta *N*⟩, exposuerunt: 3,79,6; ¶ Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, ut Heluetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciuerit: I 4,4; ¶ nostri, ut ⟨*om. Fr.*⟩ superioribus diebus suus ⟨β; ut α; *Np., Fr., Hold.; om. Db.;* uni *recc.; pr. edd.*⟩ cuique erat locus ⟨loc. er. *af*⟩ attributus, ad munitiones accedunt: VII 81,4; ¶ confirmatur ⟨*c*⟩ opinio barbaris, ut ex captiuo audierant, nullum esse intus praesidium: VI 37,9; ¶ non omnes ⟨*c*⟩, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetorix, conuocandos statuunt, sed: VII 75,1; ¶ alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad . . . carros suos se contulerunt ⟨*u. CC*⟩: I 26,1; ¶ quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitauissent ⟨optauissent *Dauis.;* flagitauissent *Markl.*⟩, ne . . . opinionem fallerent: 3,86,5; ¶ ut cognouit, cognitum est, cognosci potuit *u.* **cognosco** *p. 571* 1. *(5 loc.);* ¶ ut comperit, compertum est *u.* **comperio A.** *p. 619 (3 loc.);* ¶ Vercingetorix copias ⟨suas *add.* β; *Schn.*⟩, ut pro castris conlocauerat, reduxit: VII 68,1; ita fastigate ⟨*c*⟩ atque ordinatim † structo ⟨tecto *add. Oud.*⟩, ut trabes erant in capreolis conlocatae, lateribus ⟨in lateribus *x*⟩ *et* luto musculus ⟨*c*⟩ . . . contegitur ⟨*u. CC*⟩: 2,10,5; ¶ prima et secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat: 1,41,4; — ut constituerat, erat constitutum *u.* **constituo B. c) α)** *p. 687 (4 loc.);* ¶ (discedens . . . Caesar in Italiam, ut quotannis facere consuerat ⟨instituerat β⟩, legatis imperat, . . . uti: V 1,1;) reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut ⟨in *BM*^{1}⟩ consueuerat, misit: VII 35,3; (hi de sua salute desperantes, ut extremo uitae tempore homines facere consuerunt, . . suam mortem miserabantur: 2,41,8;) mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16,3; ¶ multa suppliciter locutus *est*, ut de sua atque omnium salute debebat: 3,19,3; ¶ ut (ante(a), supra) demonstrauimus, demonstratum est *u.* **demonstro A.** *p. 856 sq. (18 loc.);* ¶ (differendum est, inquit, iter . . . et de proelio cogitandum, sicut ⟨*Ald.;* si ut *codd.*⟩ semper depoposcimus. animo simus ⟨*Ald.;* sumus *codd.*⟩ ad dimicandum parati: 3,85,4;) ¶ (praeteruectas . . . naues uiderant, † ipsi iter secundum eas terra ⟨terras *x*⟩ derexerant ⟨uiderant ipsi, ut iter secundo austro derexerant

Digitized by Google

Paul⟩: 3, 30, 1;) ¶ de quarta uigilia, ut dixerat, profectus est: I 41, 4; ut(i) (paulo ante, supra) diximus, dicebatur, dictum est (erat, esset) *u.* **dico 2. B. a)** *et* **E. a)** *p. 888 et 890 (8+2 loc.);* ¶ Caelius profectus, ut dictitabat, ad Caesarem peruenit Thurios: 3, 22, 3; ¶ exploratores hostium, ut ⟨*om. BM*⟩ omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes . . . ab nostris opprimuntur: VII 61, 1; ¶ interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treueris imperium defertur: VI 2, 1; ¶ aedificio circumdato silua, ut sunt fere domicilia ⟨aedificia β⟩ Gallorum, . . . sustinuerunt: VI 30, 3; milites disponit non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis uigiliis: 1, 21, 3; Caesar significatione per castella fumo facta, ut erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex praesidiis eodem uenit: 3, 65, 3; ¶ qua ex parte est Hibernia ⟨*c*⟩, dimidio minor, ut existimatur ⟨aestimatur *b*; *Np.*; ut exist. *spuria uidentur Vielh.*⟩, quam Britannia: V 13, 2; ¶ ut fecissent, facere consuerat (-runt), fecerint (-rant), faciendum existimabat *u.* **facio** *p. 1273 (6 loc.);* ¶ huius est longitudo lateris, ut fert illorum ⟨eorum fert β⟩ opinio, septingentorum milium: V 13, 5; a medio fere colle in longitudinem ⟨*c*⟩, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis . . . murum . . . praeduxerant: VII 46, 3; uenerant eo . . . equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo: 1, 51, 1; inde, ut loci cuiusque natura ferebat, ex castello in castellum perducta munitione circumuallare Pompeium instituit: 3, 43, 2; ¶ ut flagitauissent: 3, 86, 5 *u.* cogitauissent; ¶ ut impera(ue)rat, imperatum est (erat) *u.* **impero 1. A. a)** *p. 74 (11 loc.);* ¶ concilio Galliae primo uere, ut ⟨uti β⟩ instituerat, indicto . . . concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4; frumentoque exercitui prouiso, ut instituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus est: VI 44, 3; — (V 1, 1 *u.* consuesse;) ¶ illi ante inito, ut intellectum est, consilio . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2; ¶ nostri ueterani ⟨*del. Paul;* ut erant iussi *Nitsche*⟩ in portum refugiebant: 3, 24, 2; ¶ quem Caesar, ut erat de se meritus et de re publica, . . . ob octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiauit: 3, 53, 5; ¶ ut optauissent: 3, 86, 5 *u.* cogitauissent; ¶ armorum magna multitudine . . . in fossam . . . iacta . . . et tamen circiter parte tertia, ut postea perspectum ⟨compertum β⟩ est, celata atque in oppido retenta . . . pace sunt usi: II 32, 4; ¶ (id uero militibus fuit pergratum et iucundum, ut ex ipsa significatione cognosci potuit: 1, 86, 1;) ¶ ut postulabat (-arent) *u.* **postulo** *p. 1153 sq.* **B. d)** *(4 loc.);* ¶ ut erat praeceptum *u.* **praecipio B. a)** *p. 1160 (5 loc.);* ¶ amici regis . . . siue timore adducti, ut postea praedicabant, sollicitato exercitu regio ne Pompeius Alexandriam . . . occuparet, siue despecta eius fortuna . . . palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; ¶ neque uero Caesarem fefellit, quin ab iis ⟨*c*⟩ cohortibus . . . initium uictoriae oreretur ⟨*c*⟩, ut ipse in cohortandis militibus pronuntiauerat: 3, 94, 3; ¶ ad conloquium non admittitur castigato Scipione a Fauonio, ut postea confecto bello reperiebamus: 3, 57, 5; ¶ quae castra, ut fumo ⟨ex fumo β⟩ atque ignibus significabatur, amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant: II 7, 4; ¶ ut uideba(n)tur *u.* **uideor B. a) α) αα)** *p. 2316 sq. (5 loc.).*

ββ) subaudiendum est uerbum: VI 30, 3 *u.* **αα) esse**; VII 35, 3 *ib.* consuesse; (VII 81, 4 *ib.* attribuere;) in se iura magistratuum commutari, ne ex praetura et consulatu, ut semper, sed ⟨*Ald.;* fit *af;* sit *hl*⟩ per paucos probati et electi in prouincias mittantur: 1, 85, 9; 3, 19, 3 *u.* **αα) debere**; *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3 *ib.* consuesse.

β) et modum et causam significat (= quandoquidem); αα) non additur pronom. relat.; ββ) ut c. uerbo; a) c. indic.: turmis . . equitum et cohortibus uisis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus haec decliuia et deuexa cernebantur, hostes ⟨*CC*⟩ proelium committunt: VII 88, 1; ¶ celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum ⟨*c*⟩ numero non nullos ⟨*c*⟩ Gallicis rebus fauere natura cogebat: VI 7, 7; ¶ (ita ⟨*om.* α; *plur. edd.*⟩ ut intra siluas aciem ordinesque ⟨ita *add.* α⟩ constituerant atque ipsi sese confirmauerant, subito . . . prouolauerunt: II 19, 6;) ¶ tanta fuit in castris capiendis ⟨*c*⟩ celeritas, ut Teutomatus ⟨*c*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut ⟨ubi *N*⟩ meridie conquieuerat, superiore corporis ⟨*c*⟩ parte nudata ⟨*c*⟩ . . . uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46, 5; ¶ legionis nonae et decimae milites, ut in sinistra parte acie ⟨*c*⟩ constiterant, pilis emissis . . . Atrebates . . . in flumen compulerunt: II 23, 1; ¶ hic dies . . . hunc habuit euen-

Digitized by Google

tum, ut . . . maximus numerus hostium uulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso uallo constipauerant recessumque primis ultimi non dabant: V 43, 5; ¶ (ut constituerant: II 19, 6 *u.* confirmauerant;) ¶ horum auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita et repentina consilia, eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinent: III 8, 3; singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque ⟨*c*⟩ modi Gallorum occurrebant, ut est summae genus sollertiae atque ad omnia imitanda et efficienda . . . aptissimum: VII 22, 1; haec procul ex oppido uidebantur, ut erat a Gergouia despectus in castra: VII 45, 4; postea uero, ut est rerum omnium magister usus hominum adhibita sollertia, inuentum est magno esse usui posse, si: 2, 8, 3; omnia enim flumina . . . obstruxerat, atque ut ⟨*om. Nhl;* ubi *FHofm.*⟩ erant loca montuosa et † ad specus angustiae uallium, has sublicis in terram demissis ⟨*c*⟩ praesaepserat: 3, 49, 4; ¶ amici regis . . . siue timore adducti . . . siue despecta eius fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici exsistunt, iis ⟨*c*⟩, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; ¶ ut erat meritus: 8, 53, 5 *u.* α) αα) mereri; ¶ haec tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines laudibus libenter praedicant: 2, 39, 4; ¶ (eorum aduentu, quod ⟨ut β⟩ minus idoneis equis utebantur, a tribunis militum reliquisque [sed et] equitibus Romanis atque euocatis equos sumit Germanisque distribuit: VII 65, 5.)

b) c. particip.: alteram nauem . . . pluribus adgressus nauibus . . . ut ⟨et *Pinellus*⟩ ex superiore ⟨*c*⟩ pugnans loco integrosque semper defatigatis submittens et reliquis partibus . . . moenia oppidi temptans, uti aduersariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

ββ) ut c. subst.: ut ⟨at *N; Schn.*⟩ in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur: VI 34, 7; — haec atque eiusdem generis complura ut ab hominibus doctis magna cum misericordia fletuque pronuntiantur: 2, 12, 4 (*Np.* 5).

ββ) ut qui *u.* **qui I. 2. A. b) β)** *p. 1498 extr. et 1499 (3 loc.).*

γ) cum notione modi coniuncta est uis restringendi: quorum (Vbiorum) fuit ciuitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum: IV 3, 3; — reliqua, ut poterant, incommoda per se sustinebant: 3, 9, 5; ¶ Curio . . . unam ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus proximos colles capere uniuersos . . . iubet: 2, 42, 1.

δ) cum notione modi coniuncta est uis concessiua: ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et ⟨*om. af;* paucis et *delend. censet Paul*⟩ labore confectis studium ad pugnandum uirtusque deerat: 2, 41, 3.

b) aduerb. comparationis; α) non additur quisque; αα) aduerbio ut respondet alia comparandi particula; ℵ) antecedit particula ut; a) ut . . . ita *u.* **ita** *p. 350 extr. et 351 (4 loc.).*

b) ut . . . sic *u.* **sic B. c) β)** *p. 1868 (5 loc.).*

ββ) sequitur particula ut; a) ita (. . .) ut *u.* **ita 3. B.** *p. 351 sq. (5 loc.).*

b) item ut: ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo ⟨-ma *l*⟩ tecta extremis lateribus instruebant: 2, 9, 7.

c) sic . . . ut: prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum non ab hoste, sed ab homine amicissimo [Ambiorige] consilium datum, longissimo agmine maximisque impedimentis: V 31, 6.

ββ) non respondet alia particula comparatiua; ℵ) ut = tamquam; a) ut c. subst.: perpessos (se) omnium rerum inopiam, nunc uero paene ut feras ⟨*Vossius;* feminas *z*⟩ circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu: 1, 84, 4; ¶ (quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate, qui se ipse sinc ⟨ipse sinc *Th. Bentl.;* ipse ut *Kran.; Dt.*[1]; ipsum *codd.; Schn, Fr., Db.*⟩ munitione defenderet: VII 20, 3;) ¶ quod se Cebenna ut muro munitos existimabant: VII 8, 3; ¶ haec insula . . . a superioribus *regibus in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus angusto itinere ut ⟨*H. Schiller; et *z; edd.;* ang. it. et ponte *del. Schambach*⟩ ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2; ¶ ab eius ⟨?⟩ summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β; que *om. Aim.; Steph.*⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *R. Steph.*⟩: VI 26, 2; ¶ (atque ut ⟨*om. Nhl;* ubi *FHofm.; RMenge*⟩ erant loca montuosa et † ad ⟨ut *RMenge*⟩ specus angustiae uallium, has . . . praesaepserat: 3, 49, 4;) ¶ tantam uirtutem praestiterunt, ut . . . his delectis et coacernatis cadaueribus qui superessent ut ⟨*del. Polle*⟩ ex tumulo tela in nostros coicerent et pila intercepta remitterent: II 27, 4.

b) ut c. ptc.: quod flumen Dubis ⟨*c*⟩ ut circino circumductum paene totum oppidum cingit: I 38, 4; ¶ ut re confecta

Digitized by Google

omnes curam et diligentiam remittunt: 2, 13, 2; — qua re concessa laeti ut explorata uictoria . . . ad castra pergunt: III 18, 8.

ℵ) **ut** = **aeque atque**: (interesse rei publicae et ⟨ut *z*⟩ communis salutis se cum Pompeio conloqui: 1, 24, 5;) ¶ (in Britannia) materia cuiusque generis ut in Gallia est praeter fagum atque ⟨*c*⟩ abietem: V 12, 5; ¶ prouinciam suam hanc esse Galliam, sicut ⟨ut β⟩ illam nostram: I 44, 8.

β) **ut quisque** *u.* **quisque** *p. 1578 γγ) et p. 1579 δδ) (2 (3)+2 (+3) loc.)*.

c) **particula ut adfertur exemplum**: (spatia ⟨spatium β⟩ omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; ⟨ut *add.* β⟩ dies natales et mensium et annorum initia sic obseruant ⟨obseruent Aa^1⟩, ut noctem dies subsequatur: VI 18, 2;) dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus, ingressus in eam orationem . . .; ut M. Calidius, qui censebat . . .; ut M. Rufus, qui . . . sequebatur: 1, 2, 2—4.

B. notione interrogatiua: commemorat, quo sit eorum usus studio ad Corfinium Caesar, ut magnam partem Italiae beneficio atque auctoritate eorum suam fecerit: 2, 32, 1; ¶ docebat ⟨*c*⟩ etiam, . . . quae senatus consulta . . . in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent: I 43, 7; ¶ postea quam in uulgus militum elatum est, qua adrogantia in conloquio Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset impetumque ut ⟨*add. Paul*⟩ in nostros eius equites fecissent eaque res conloquium ⟨ut *add.* α; *edd.*; *om.* Q^2β⟩ diremisset: I 46, 4; ¶ facile erat ex castris C. Trebonii . . . prospicere in urbem, ut omnis iuuentus . . . omnesque superioris aetatis . . . ad caelum manus tenderent aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiecti uictoriam ab dis exposcerent: 2, 5, 3.

2. **coniunctio**; **A. ut est coniunctio temporalis**; a) **c. indic.**; α) **perf.**: ubi ⟨ut B^2β⟩ eo uentum est, Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemorauit ⟨*c*⟩: I 43, 4; (quos (Suebos) ubi ⟨Vbii *Rhenanus*; *Schn.*⟩ qui proximi Rhenum incolunt, ⟨ut *add. Schn.*⟩ perterritos senserunt ⟨*del. Rhenanus*⟩, insecuti magnum ⟨*o*⟩ ex iis ⟨*c*⟩ numerum occiderunt: I 54, 1;) Caesar, ut Brundisium uenit, contionatus apud milites . . . naues soluit: 3, 6, 1 (2); nam ut ⟨quae *add. Hartz*⟩ ad mare II ⟨*Forchh.*; nostrae *z*; *Np.*⟩ cohortes nonae legionis excubuerant ⟨excubiae erant *Madu.*; excubabant *Paul*⟩, accessere ⟨abscessere, *Hartz*⟩ subito prima luce Pompeiani ⟨exercitus aduentus exstitit *add. z*; *Hartz*; *del. Np.*; *edd.*⟩: 3, 63, 6; sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum uidit atque eam partem . . . perterritam animum aduertit, aliis quoque ⟨*c*⟩ diffisus acie excessit: 3, 94, 5.

β) **ppf.**: ut . . conquieuerat: VII 46, 5 *u. p. 2390* β) conquiescere.

b) **c. coni. (or. obl.)**: Ariouistum ⟨-tus *M*β⟩ autem, ut semel Gallorum copias proelio uicerit, . . . superbe et crudeliter imperare: I 31, 12.

B. ut est coniunctio finalis; a) **totum enuntiatum finale aduerbii locum obtinet**; aa) **non antecedit aduerbium, quo pertineat coniunctio ut**; α) **ut c. coni. praes.**; **in enuntiato primario inuenitur** αα) **uerb. finit.**; ℵ) **ind. praes.**: Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur scire possit: I 20, 6; omnes euocat ⟨*c*⟩ spe praedae ad diripiendos Eburones, ut potius in siluis Gallorum uita quam legionarius miles periclitetur ⟨periclitaretur β⟩, simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore stirps ac nomen ciuitatis tollatur: VI 34, 8; leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit, ut sint reliquis documento et magnitudine poenae perterreant alios: VII 4, 10; plebemque ⟨*c*⟩ (Conuictolitauis) ad furorem impellit, ut facinore admisso ad sanitatem reuerti pudeat ⟨pudeat reuerti β⟩: VII 42, 4; accelerat Caesar, ut proelio intersit: VII 87, 5; in duas partes sese distribuunt, alii ut praedae praesidio sint, alii ut uenientibus resistant atque eos propellant: 1, 55, 2; multa huc minora nauigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur: 1, 56, 2; paulum ex eo loco degreditur, ut timorem aduersariis minuat ⟨muniat $O^1a^1l^1$⟩: 1, 72, 4; lente . . . proceditur crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt; ut tum accidit: 1, 80, 1; conatur tamen eos uallo fossaque circummunire, ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur: 1, 81, 5; hoc opus . . . ad turrim hostium admouent, ut aedificio iungatur: 2, 10, 7; ab utroque portus cornu moles iacimus, ut aut illum ⟨illum aut *coni. Wsbg.*⟩ quam primum traicere quod habet Brundisii copiarum cogamus aut exitu ⟨*c*⟩ prohibeamus: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1.

ℵ) **coni. praes.**: quorum (consiliorum) eos in uestigio paenitere necesse est, cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ⟨cum incerta, ut eorum auribus seruiant, et plerumque *Ciace.*⟩ ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5, 3; cum bellum ciuitas . . .

Digitized by Google

infert, magistratus, qui ei bello praesint et ⟨*Ciacc.*; ut *X*; *edd.*⟩ uitae necisque habeant potestatem, deliguntur: VI 23, 4;) Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨*c*⟩ diem reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium belli ⟨*o*⟩ capere possint ⟨β; *Np.*; possent α; *rell. edd.*⟩: VI 33, 5; (equitibus imperat, ut quam latissime possint ⟨possent *AQ*; *Schn.*⟩ uagentur et ⟨ut *bhl*⟩ quam maximum hostibus terrorem inferant: VII 8, 3;) a te peto . . ., ut te ibi uideam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*; tu uelim mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

𝔊) **imper.**: haec ut intellegatis, inquit, a me sincere pronuntiari, audite Romanos milites: VII 20, 8; proinde ad praedam, ad gloriam properate, ut iam de praemiis uestris et de referenda gratia cogitare incipiamus: 2, 39, 3.

(ℭ) **ind. impf.**: mandabant, ut . . . deferrentur ⟨-erantur β⟩: VII 17, 8 *u.* β) αα) 𝔊) a) aa).)

ββ) **uerb. infin. (ptc. pf.)**: Caesar omni exercitu ad utramque partem munitionum ⟨*c*⟩ disposito, ut, si usus ueniat, suum quisque locum teneat et nouerit, equitatum . . . educi . . . iubet: VII 80, 1.

β) **ut c. coni. impf.; in enuntiato primario inuenitur αα) uerb. finit.; ℜ) praes.; a) (histor.) indic.; aa)**: frumentum omne . . . comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent: I 5, 3; legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent: I 9, 2; (II 27, 2 *u.* 𝔊) b);) utrique sese ⟨*c*⟩ suo loco continent: Galli, quod . . . exspectabant; Caesar, si forte . . . hostes in suum locum elicere posset, ut citra uallem pro castris proelio contenderet, si id efficere ⟨*c*⟩ non posset, ut exploratis itineribus minore cum ⟨*c*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3; (VI 34, 8 *u.* α) αα) ℜ);) in Lingones contendit, ubi duae legiones hiemabant, ut, si quid ⟨*c*⟩ etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret: VII 9, 4; ea qui conficeret C. Trebonium legatum relinquit, ipse ut quam primum iter faceret ⟨conficeret β; *Schn.*⟩; Cenabum Carnutum proficiscitur: VII 11, 3; uallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut ⟨*del. Paul*⟩ intra munitionem et ⟨ut *a*; *Paul*⟩ sine timore et sine stationibus aquari possent: 1, 73, 3; huc equitatum mittit, ut diriperet atque haberet loco praedae: 2, 25, 3; equites sequi iubet sese iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset: 2, 39, 6; expositis militibus naues . . . remittuntur, ut reliquae legiones equitatusque transportari possent: 3, 8, 1; castra . . ad flumen Apsum ⟨*c*⟩ ponit in finibus Apolloniatium, ut castellis uigiliisque bene meritae ciuitates tutae essent ⟨praesidio *add. codd.*; *del. P. Manut.*; uicisque b. mer. ciuitatis ut esset praesidio *Paul*⟩: 3, 13, 5; 15, 7 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℜ); praemissis . . . impedimentis . . . egreditur, ut, si qua esset imposita dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret: 3, 77, 1; (109, 6 *u.* ℜ) a) aa).)

bb): reliquas copias Heluetiorum ut consequi posset, pontem in Arari ⟨*c*⟩ faciendum curat: I 13, 1; initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere uideretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4; sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis . . . rescindit . . . constituit . . . ponit . . . firmat: VI 29, 2; cum legati ad eum uenissent oratum, ut . . . suae . . uitae consuleret, ut celeritate reliquas res conficeret, . . . arma conferri ⟨*c*⟩, equos produci, obsides dari iubet: VII 12, 3; simul, ut deminutae ⟨*c*⟩ copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus: VII 31, 4; his rebus confectis Caesar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: 1, 32, 1; lateribus ⟨*c*⟩ *et* luto musculus ⟨-lis *af*⟩, ut ab igni, qui ex muro iaceretur, tutus esset, contegitur: 2, 10, 5.

(b) **coniunct.**: reuertantur, ut . . . possint ⟨β; *Np.*; possent α; *rell. edd.*⟩: VI 33, 5 *u.* α) αα) ℜ).)

ℜ) **perf.; a) indic.; aa)**: (signa intulit) prima et secunda acies, ut uictis ac submotis resisteret, tertia, ut uenientes sustineret: I 25, 7; 48, 3 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℜ); Caesar praesidium ⟨*c*⟩ . . . reliquit, omnes ⟨*o*⟩ alarios in conspectu hostium . . . constituit, . . . ut ad speciem alariis uteretur: I 51, 1; Caesar singulis legionibus singulos legatos . . . praefecit, uti ⟨ut β⟩ eos testes suae quisque uirtutis haberet: I 52, 1; huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos . . . Romanis daretur: III 19, 1; Germani frequentes . . . in castra uenerunt, simul . . . sui purgandi ⟨*o*⟩ causa, simul ut, si quid possent, de indutiis fallendo impetrarent: IV 13, 5; milites ⟨*c*⟩ equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur: V 10, 1; (V 30, 1 *et* VII 28, 6 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℜ);) fossamque du-

Digitized by Google

plicem . . . a maioribus castris ad minora perduxit, ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent: VII 36, 7; pares ⟨*e*⟩ eiusdem generis munitiones . . . contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine . . . munitionum praesidia circumfundi possent: VII 74, 1; has trabes ⟨*e*⟩ paulo longiores . . . quam extremi parietes erant effecerunt ⟨-rant *a; Np., Db.*⟩, ut esset ubi tegimenta praependere possent: 2, 9, 3; Vibullius ⟨*e*⟩ . . . necessarium esse existimauit de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem . . . ideo ⟨*edd. uett.;* eidem *z*⟩ . . . ad Pompeium contendit, ut ⟨*Ofl corr.;* et *ahl*¹*; edd.*⟩ adesse Caesarem nuntiaret ⟨*z;* nuntiauit *Np.; Dt.;* nuntiat *Db.*⟩: 3, 11, 1; idoneis locis funditores instruxit, ut praesidio nostris se recipientibus essent: 3, 46, 2; Pompeiani . . . crates . . pro munitione obiectas propulerunt, ut fossas transcenderent ⟨et foss. transcenderunt *Oiacc.*⟩: 3, 46, 3; ad eum (Ptolomaeum) Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur: 3, 103, 3; quo facto regem ut ⟨*om. N*⟩ in sua potestate haberet Caesar effecit ⟨*edd. uett.;* efficit *z; edd.*⟩ magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans et ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; has munitiones insequentibus auxit diebus, ut pro muro obiectas haberet neu dimicare inuitus cogeretur: 3, 112, 8; *cf. infra* ββ) 𝔄) a) bb).

bb): tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites . . . conuenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 6; tum demum Arioulstus partem suarum copiarum, quae ⟨ut β⟩ castra minora oppugnaret ⟨-rent *bhl*⟩, misit: I 50, 2; (II 27, 2 *u.* 𝔊) b);) quos Caesar, ut in miseros ac supplices usus misericordia uideretur, diligentissime conseruauit: II 28, 3; 3, 94, 6 *u.* C. a) bb) γ) αα) ℬ).

b) coni.: omnes officium suum praestitisse: *se*, qui etiam bona condicione . . . confligere noluerit ⟨*Ald.;* noluerint *z*⟩, ut quam integerrima essent ad pacem omnia: 1, 85, 2.

𝔊) impf.; a) indic.; aa): sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae . . . uim fluminis exciperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, ut, si . . . naues ⟨*CC*⟩ . . . essent a barbaris *immissae, his defensoribus earum rerum uis minueretur neu ponti nocerent: IV 17, 10; prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur, alias ut situm castrorum cognosceret, alias conloquendi aut territandi causa: V 57, 3; hunc cum reliquis rebus locum probarat ⟨probaret *Q*¹; probabat β⟩, tum ⟨*e*⟩ quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem subleuaret: VI 32, 5; ut in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur, ut potius in nocendo aliquid praetermitteretur ⟨omitteretur β⟩, etsi omnium animi ad ulciscendum ⟨*e*⟩ ardebant, quam cum aliquo militum detrimento noceretur ⟨noceret *AQ*⟩: VI 34, 7; haec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant, ut per eos ad Caesarem deferrentur ⟨deferantur β; -untur *h*¹⟩: VII 17, 8; turres . . . ad opera Caesaris adpellebat ⟨*e*⟩, ut rates perrumperet atque opera disturbaret: 1, 26, 1; augebantur ⟨*e*⟩ illis copiae ⟨*e*⟩ atque . . . cohortes . . . crebro submittebantur, ut integri defessis succederent: 1, 45, 7; multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne euentum belli exspectasse aut ⟨ut *fhl*⟩ ex omnibus nouissimi uenisse uiderentur: 1, 53, 3; hos montes intrare cupiebant ⟨*Np.;* intra se recipiebant *eodd.;* intrasse cupiebant *EHoffm.;* hos intra montes se recipiebant *Ald.*⟩, ut equitatum effugerent Caesaris praesidiisque in angustiis conlocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Hiberum copias traducerent: 1, 65, 4; Caesari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transire posset: 3, 30, 4; dictitabant enim se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus, ut honesta praescriptione rem turpissimam tegerent: 3, 32, 4; ex hoc (genere radicis) effectos panes . . . uulgo in eos iaciebant, ut spem eorum minuerent: 3, 48, 2; his de causis uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio *et* ad opprimendos aduersarios ne occasioni ⟨*e*⟩ temporis deesset: 3, 79, 1.

bb): non nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem uitarent, remanebant: I 39, 3; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos adgrederentur, parati in armis erant: II 9, 1; quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur: VI 8, 2; Pompeius autem, ut famam opinionemque hominum teneret, sic ⟨*e*⟩ pro castris exercitum constituebat, ut: 3, 56, 2.

b) coni.: Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra uisae essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret, monte occupato nostros exspectabat: I 22, 3; hostes . . . constituerunt optimum esse domum

Digitized by Google

suam quemque reuerti et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique conuenirent ⟨-ire *Manut.*⟩, ut potius in suis quam in alienis finibus decertarent et domesticis copiis rei frumentariae uterentur: II 10, 4; tanta rerum commutatio est facta, ut nostri . . . proelium redintegrarent, ⟨tum *add.* α; *edd.*⟩ calones . . . etiam inermes armatis occurrerent ⟨-erunt α; *Fr., Db., Dt., Hold.*⟩, equites uero, ut turpitudinem fugae uirtute delerent, omnibus in locis † pugnant ⟨pugnae β; pugnarent *Oud.*; pugnando *Weissenb.*; pugnarunt *Vielh.*; *Dt.*⟩ quo ⟨*om.* β; pugnant quo *del. Np.*⟩ se legionariis militibus praeferrent: II 27, 2; huc postero die quam frequentissimi conuenirent, ut de eorum postulatis cognosceret: IV 11, 5; ad T. Sextium legatum . . . misit, ut cohortes . . . celeriter educeret et sub infimo colle . . . constitueret, ut, si nostros loco depulsos ⟨*e*⟩ uidisset, quo minus libere hostes insequerentur, terreret ⟨deterr. *Paul*⟩: VII 49, 2; lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis, comica ut aequato uirtus polleret honore cum Graecis neue ⟨*Roth*; neque *codd.*; neque in *edd.*⟩ hac despectus parte iaceres! *ap. Suet. uit. Terent.* 5.

D) ppf.; a) indic.: probarat: VI 32, 5 *u.* C) a) aa); piscatoriasque (naues) adiecerant atque contexerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti: 2, 4, 2; (9, 3 *u.* B) a) aa);) hiemare Dyrrachii ⟨*e*⟩, Apolloniae ⟨*e*⟩ omnibusque oppidis maritimis constituerat, ut mare transire Caesarem prohiberet, eiusque rei causa omni ora maritima classem disposuerat: 3, 5, 2; has (angustias uallium) sublicis in terram demissis ⟨*e*⟩ praesaepserat terramque adgesserat ⟨*e*⟩, ut aquam contineret ⟨-rent *hl*; *V*⟩: 3, 49, 4; duplicem . . . fecerat uallum, ut, si ancipiti proelio dimicaretur, posset resisti: 3, 63, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius Romam ⟨*e*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur, . . . alterae: 3, 108, 4.

b) conl.: utrum auertendae suspicionis causa Pompeius proposuisset (illud edictum), ut quam diutissime longioris fugae consilium occultaret, an nouis dilectibus . . . Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat: 3, 102, 3.

ββ) uerb. infinit.; B) infin.; a) praes.; aa): hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne . . . traiectu intercluderetur: 2, 20, 1.

bb) constituerunt . . . sementes quam maximas facere, ut ⟨*in a sup. lin.*⟩ in itinere copia frumenti suppeteret: I 3, 1; Caesar . . . commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios ⟨*e*⟩ milites . . . imponere, ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: I 42, 5; (II 10, 4 *u.* αα) C) b);) necessarium esse existimauit de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id consilium capere posset: 3, 11, 1; Rutilius Lupus . . . Isthmum ⟨*e*⟩ praemunire instituit, ut Achaia Fufium prohiberet: 3, 55, 2; conati sunt praefectum equitum C. Volusenum interficere, ut postea bello confecto cognitum est, ut cum munere aliquo perfugisse ad Pompeium uiderentur: 3, 60, 4.

b) futur.; aa) act.: se . . . proxima nocte de quarta uigilia castra moturum, ut quam primum intellegere posset, utrum apud eos . . . plus ⟨*e*⟩ ualeret: I 40, 14.

bb) gerund.: Caesar maturandum sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut prius quam essent maiores eo coactae copiae dimicaret: VII 56, 1; erant qui censerent . . . in castra Cornelia recedendum, ut maiore spatio temporis interiecto militum mentes sanarentur, simul ⟨ut *add. RMenge*⟩, si quid grauius accidisset, magna multitudine nauium et tutius et facilius in Siciliam receptus daretur: 2, 30, 3; ad Scipionem properandum sibi existimabat: si Caesar iter illo haberet, ut subsidium Scipioni ferret; si ab ora maritima . . . discedere nollet, . . . ipse ut omnibus copiis Domitium adgrederetur: 3, 78, 6.

c) perf.: se non maleficii causa ex prouincia egressum, sed uti se a contumeliis inimicorum defenderet, ut tribunos plebis . . . in suam dignitatem restitueret, ut se et populum Romanum . . . in libertatem uindicaret: 1, 22, 5; cum animaduertisset Pompeium extra munitiones egressum [castra] secundum mare ⟨manere *add. Paul*⟩, ut libere pabulari ⟨*e*⟩ posset nec minus aditum nauibus haberet: 3, 65, 4; idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur ⟨uidebatur *Nhl*⟩, ut primus excursus uisque militum infringeretur aciesque distenderetur atque in suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur ⟨*e*⟩: 3, 92, 2; ‚Caesar . . . reperiebat T. Ampium conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianae eiusque rei causa senatores omnes ex prouincia euocasse, ut his ⟨iis *PMan.*⟩ testibus in summa ⟨*e*⟩ pecuniae uteretur: 3, 105, 1; neque illud me mouet quod ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

B) partic.; a) praes.: loricam pinnasque adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris ⟨*e*⟩, qui ⟨ut β⟩

Digitized by Google

ascensum hostium tardarent: VII 72, 4; reliquis partibus † simul ex terra scalis et classe moenia oppidi temptans, uti aduersariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

b) perf.: Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut aequato omnium periculo spem fugae tolleret, cohortatus suos proelium commisit: I 25, 1; duabus legionibus ... in castris relictis, ut, si quo opus esset, subsidio duci possent, reliquas ... in acie constituit: II 8, 5; Labieno in continenti ⟨*c*⟩ cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut portus tueretur et rem ⟨*c*⟩ frumentariam ⟨*c*⟩ prouideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*c*⟩ cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse ... naues soluit: V 8, 1; VII 35, 3 (?) *u.* C. a) bb) γ) ββ) B); Labienus eo supplemento, quod nuper ... uenerat, relicto Agedinci, ut esset impedimentis praesidio, ... Lutetiam proficiscitur: VII 57, 1; non longe ⟨*x; longo edd.*⟩ a castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, angustiore ⟨*ego; angustius x; edd.*⟩ pabulabantur ⟨*O; pabulantur x*⟩: 1, 59, 2; paruoque spatio intermisso, ut et militare institutum seruaretur et quam seriissime ⟨*c*⟩ eius profectio cognosceretur, conclamari iussit: 3, 75, 2.

bb) **antecedit eo, eodem illo**: mercatoribus est aditus magis eo ⟨eo magis β⟩, ut quae bello ceperint quibus uendant habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent: IV 2, 1; ¶ haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut tridui mora interposita equites eorum, qui abessent, reuerterentur: IV 11, 4.

